



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



L. 15
466

Per. 2119e. 22.
10






1.15

466

Per 2119e. 22.

10





**BIBLIOTHECA
AUGUSTANA,**

COMPLECTENS
NOTITIAS VARIAS
DE VITA ET SCRIPTIS
ERUDITORUM,
QUOS
AUGUSTA VINDELICA
ORBI LITTERATO
VEL DEDIT VEL ALUIT.

~~~~~  
Congessit FRANCISCUS ANTONIUS VEITH  
*Augustanus*, Bibliopola.

Alphabetum X.



— 77 — 77 —  
AUGUSTE VINDELICÆ.  
SUMPTIBUS AUCTORIS.  
MDCCLXXXIII.

MVSEVM  
BRITAN  
NICVM

1831  
·DUPLICATE  
FOR SALE



LECTOR.

V I V E.

ET.

IUCUNDE.

AC.

FOELICITER.

L E G E.





Nomina eorum ,  
 Qui hoc *Alphabeto X.* continentur.

|                                                                                             | <i>Pag.</i> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| ANASTASIUS à Cruce, Ord. Carmelit. - .                                                      | 1           |
| BERGMULLERUS (Ioannes Georgius) <i>Pistor.</i> -                                            | 5           |
| — — — — (Ioannes Baptista) <i>Pistor.</i> -                                                 | 7           |
| BRANDER (Georgius Fridericus) <i>Instrumen-</i><br><i>torum mathematicorum Confeſſor.</i> - | 8           |
| BONSCHAB ( <i>Ignatius</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                            | 76          |
| B. DAVID de Augusta, Ord. S. Franciſci. <i>Sa-</i><br><i>culo XIII.</i> -                   | 99          |
| DIRRHAIMER ( <i>Udalricus</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                         | 41          |
| DREXELIUS ( <i>Jeremias</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                           | 23          |
| DURR ( <i>Thomas</i> ) <i>Canon. regul.</i> -                                               | 112         |
| B. EGINO <i>Abbas SS. Udalrici &amp; Afræ.</i><br><i>Sæculo XII.</i> -                      | 113         |
| ESCHENLOHER ( <i>Marcus</i> ) <i>Canon. regul.</i> -                                        | 118         |
| FITTERER ( <i>Iosephus</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                            | 54          |
| FRIDERICUS à <i>Ieſu, Ord. Carmelit.</i> -                                                  | 123         |
| GOEZENBERGER ( <i>Franciſc. Borgia</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i>                                  | 60          |
| GUMPENBERG ( <i>Guilielmus</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                        | 33          |
| HAIDELBERGER ( <i>Georgius</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                        | 36          |
| HEISSIUS ( <i>Sebastianus</i> ) <i>Soc. Ieſu.</i> -                                         | 127         |
| MERWARTUS ( <i>Io. Georg.</i> ) <i>I. V. D. Cancellarius</i><br><i>Bavaricus.</i> -         | 134         |
| — — — ( <i>Io. Fridericus</i> ) <i>frater præceden-</i><br><i>tis.</i> -                    | 156         |
| — — — ( <i>Io. Fridericus</i> ) <i>filius præceden-</i><br><i>tis.</i> -                    | 154         |



|                                                                                                               | <i>Pag.</i> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| HESERUS ( <i>Georgius</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - - -                                                           | 27          |
| HERZ ( <i>Iosephus</i> ) <i>Consiliarius eccles. August.</i>                                                  | 157         |
| — ( <i>Ioannes</i> ) <i>Provicarius August.</i> -                                                             | 160         |
| HILTALINGER ( <i>Ioannes</i> ) <i>five Ioannes Basileensis</i><br><i>Ord. Eremit. S. August. Sæculo XIV.</i>  | 160         |
| HUEBER ( <i>Ferdinandus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                             | 55          |
| HUGO ( <i>Petrus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                                  | 25          |
| KNELLINGER ( <i>Balthasar</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                           | 41          |
| LEO ( <i>Marquardus</i> ) <i>Ord. S. Francisci.</i> -                                                         | 162         |
| LEONARDELLI ( <i>Bonaventura</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                        | 64          |
| LUYDL ( <i>Corbinianus</i> ) <i>Ord. S. Francisci.</i> -                                                      | 167         |
| MÆNDL ( <i>Caspar</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                                 | 42          |
| MAIER ( <i>Christophorus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                            | 172         |
| MAYR ( <i>Georgius</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                                | 23          |
| MAYSACH ( <i>Henricus de</i> ) <i>Abbas San - Udalricanus.</i><br><i>Sæculo XII.</i> - - -                    | 174         |
| MERZ ( <i>Aloysius</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                                | 87          |
| — ( <i>Philippus Paulus</i> ) - - -                                                                           | 175         |
| MINDERER ( <i>Sebaldus</i> ) <i>Ord. S. Francisci.</i> -                                                      | 179         |
| NEUMAYR ( <i>Franciscus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                             | 77          |
| NIEBERLEIN ( <i>Ioann. Adamus</i> ) <i>SS. Theolog.</i><br><i>Doctor, Suffraganeus Eichstettensis &amp;c.</i> | 181         |
| OTT ( <i>Christophorus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                            | 29          |
| PETRUS ( <i>Franciscus</i> ) <i>Canonic. regul.</i> -                                                         | 186         |
| PEUTINGER ( <i>Carolus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                              | 19          |
| PFYFFER ( <i>Franciscus Xaverius</i> ) <i>Soc. Iesu.</i>                                                      | 55          |
| PICHLER ( <i>Vitus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                                | 45          |
| PONTANUS ( <i>Iacobus</i> ) <i>Soc. Iesu, Polyhistor.</i>                                                     | 20          |
| PROBST ( <i>Udalricus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> - -                                                             | 49          |
| RADERUS ( <i>Matthæus</i> ) <i>Soc. Iesu, Polyhistor.</i>                                                     | 20          |
| RAUSCHER ( <i>Wolfgangus</i> ) <i>Soc. Iesu.</i> -                                                            | 41          |
| REHLINGEN ( <i>Raymundus L. B. de</i> ) <i>Abbas</i><br><i>Admontensis</i> - - -                              | 192         |

|                                                                                        | <i>Pag.</i> |
|----------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| REHLINGEN ( <i>Sebastianus de Præpositus ad S. Georgii, Augusta.</i> - - -)            | 196         |
| - - - ( <i>Iacobus de) Vir consularis.</i> - - -)                                      | 196         |
| - - - ( <i>Fridericus de) Eques SS. Sepulchri.</i> - - -)                              | 197         |
| - - - ( <i>Dionysius de) Prælatus Wittenhusanus.</i> - - -)                            | 197         |
| - - - ( <i>Bernardus de) Duumvir Augustanus.</i> - - -)                                | 200         |
| REIHING ( <i>Conradus) Soc. Iesu.</i> - - -)                                           | 20          |
| - - - ( <i>Iacobus) - - -)</i>                                                         | 202         |
| ROTH ( <i>Hugo) Soc. Iesu.</i> - - -)                                                  | 210         |
| ROSEFFIUS ( <i>Gregorius) Soc. Iesu.</i> - - -)                                        | 18          |
| SALHAUSER ( <i>Cosmas) Soc. Iesu.</i> - - -)                                           | 19          |
| SALLER ( <i>Ioannes) Soc. Iesu.</i> - - -)                                             | 19          |
| SHELLENBERG ( <i>Ioannes &amp; Lucas.) - - -)</i>                                      | 213         |
| - - - ( <i>Io. Baptista) Soc. Iesu.</i> - - -)                                         | 215         |
| - - - ( <i>Henricus) Soc. Iesu.</i> - - -)                                             | 216         |
| - - - ( <i>Hieronymus) - - -)</i>                                                      | 217         |
| - - - ( <i>Gundisalvus) Ord. PP.</i> - - -)                                            | 217         |
| SCHWARZ ( <i>Ignatius) Soc. Iesu, Historicus.</i> - - -)                               | 65          |
| SPRENG ( <i>Ioannes) Poëta.</i> - - -)                                                 | 217         |
| VISCHACH ( <i>Ioannes de) Abbas San-Udalricanus. Sæculo XIV.</i> - - -)                | 221         |
| WAGNER ( <i>Andreas) Soc. Iesu.</i> - - -)                                             | 23          |
| WAZIN vel WASIN ( <i>Ioannes) Soc. Iesu.</i> - - -)                                    | 22          |
| WELLINGI ( <i>Udalricus &amp; Conradus) Monachi San-Udalricani. Sæculo XIV.</i> - - -) | 223         |

~~SECRET~~

## ERRATA.

| Pag. | lin. | 3.  | Lege:             |
|------|------|-----|-------------------|
| 21   | —    | —   | MEDERER.          |
| 51   | —    | 18. | — — sanctioris    |
| 81   | —    | 19. | — — Antoninus     |
| 127  | —    | 27. | — — gratulatorium |
| 208  | —    | 15. | — — voce          |



## ANASTASIUS à CRUCE,

*Ord. Carmelit.*

**I**n *Palatinatu novo*, seu ditione *Neoburgensi*, *Mons-*  
*trasterii* (vulgo *Münster*) die 9. Aprilis anni 1706.  
natus; *Augustinum Falck* Prætozem loci, &  
*Mariam Catharinam* parentes habuit. Insigni pieta-  
te, ac pari in litteris elegantioribus profectu ad-  
itum sibi ad *S. Ordinem Carmelitarum Discalcea-*  
*torum* aperuit; cuius sacra veste die 17. Septem-  
bris anni 1724. *Monachii* in *Bavaria* indutus fuit.  
Ex eo tempore ad religiosæ perfectionis cul-  
men summa vi eniti cœpit: qui fervor tunc ma-  
xime in *Nostro* crevit, cum anno 1730. sacerdo-  
tio inauguratus fuit. Neque tamen ob id ani-  
mum à litteris avertit, utpote quæsi indices pro-  
fana non minus quam sacra eruditione magis  
magisque excolere satagebat, doctrinam tum pie-  
tate nexu pulcherrimo conjungens. Eapropter  
dignus habitus est, cui religiosi Fratres *Augu-*  
*sta Vindelicorum* tam philosophicis quam theolo-  
gicis  
*Bibl. August. Alph. X.*

gicis disciplinis imbuendi munus injunger  
 Quò stadiò emensò Fidelium plebem de ci  
 dra templi Ordinis sui verbo divino pascere  
 sus est; quòd eloquentiæ subsidiis cunctis in  
 ter valeret.

Ad primaria quoque Provinciæ suæ sub  
 evocatus, Convantum *Schongvianum* in Ba  
 anno 1742. die 15. Aprilis regendum susci  
 demumque *Definitor Provinciæ* electus est.  
 studiis & probitati intentus ævum *Noster* 1  
 exegit, donec laboribùs fractus diem supre  
 in Convantu *Augustano* obiit 9. Junii anni 1  
 Viri pietate, doctrina, ingenio ac diligentia  
 rissimi famam post se apud omnes relinque

Unde mors eius non *Fratribus* dunta  
 sed *Chalcographis* quoque *Augustanis* ma  
 luctuosa accidit, qui *Nostri* operà in rem 1  
 perpetuo feliciterque usi fuerant. Nam  
*Anastafius* eximiam artis poeticæ scientiam h  
 ret, eorundem in usum artificiosa imaginum  
 incidendarum themata excogitavit, easdem  
 ingeniosis emblematis, symbolis, typis, c  
 que elegantibus epigrammatis exornavit.  
 quius testes Officinæ existunt chalcograph  
 quæ per id temporis *Augusta* plurimum fi  
 erant, *Klauberiana*, *Gödziana*, *Pfeffeliana*,  
*ziana*, *Neggefiana*: è quibus, præter alia m  
 huorum texere Catalogum nimis tædiosum e  
 sequentia in vulgus exierunt:

I. *Vita S. V. & M. Theresiæ à Iesu*,  
*zodiaco parallela*. In 8. Constat Imaginibus  
 Apud *Klauber*.

II. *Decor Carmeli in splendoribus Sanctorum* in 8. Constat Imaginibus 33. Apud *Negger.*

III. *Horologium Passionis D. N. Iesu Christi: Reimenweis verfaßtes Uhrwerk, in welchem alles, was Iesus Christus, Gott und Mensch, in den letzten 24. Stunden seines sterblichen Lebens gelitten, vorgestellt ist; nebst angemerktem hebräischem Uhrwerk. Folium unicum magnitudinis Atlanticæ.* Apud *Negger.*

IV. *Ven. Ioannes de Palasox, Episcopus Angelopolitanus.* Tabella unica in Fol. Apud Göz juniorem.

V. *Kron der Heiligen, und Heil der Krönenden d. i. Kurze jedoch zierliche Lebens - Verfassung der Heiligen Gottes . . . in Druck befördert von einem Einsiedler des H. Lands. Augspurg. 1746.* Apud *Io. Andr. Pfeffel.* Opusculo hoc continentur vitæ Sanctorum *Januarii, Februarii, Martii & Aprilis.* Constat 121. Imaginibus, totidemque Foliis, quibus Vitæ illorum describuntur, adjectis multis ad mores informandos utilibus documentis.

VI. *Decor Carmeli, SS. Scapulare, quinque Sæculorum gloria: seu Apparatus gratitudinis pro gloriosa V. Sæculorum Solennitate SS. thaumaturgi Scapularis, & Conventu Carmelitarum Discalceatorum Monacensi adornatus, in quo Vestis parthenia sacris Bibliorum figuris illustratur; symbolis adumbratur; epigrammate enucleatur; elogiis adornatur; notis historicis, aliisque elucidatur; 17. Iconismis æneis exhibetur . . . in 4to. Augusta. Sumptibus Sebast. Eisenbarth, Bibliopolæ. 1751. Iterum 1754.*

VII. *Carolus VI. Rom. Imperator semper augustinus, & Pax aurea uno eodemque fato extincta.* Constat 7. Iconismis, in fol. Apud *Negger.*

VIII. *Historia Vitæ S. Bernardi*. Constat 10. Imaginibus, in Fol. Apud eundem.

IX. *Septem virtutes principales*. Sunt Iconismi totidem. Apud eundem, in folio.

X. *Septem Vitia capitalia*. Sunt Iconismi iterum totidem. Apud eundem, in folio.

XI. *Effigies RR. Pontificum ex perantiquis exemplaribus mutuata, elogiis adumbrata, notis eruditius illustrata* ... in folio. *Augustæ*. 1751. Sunt Decades III. Christum et primos 29. Pontifices, 30. *Iconismis exhibentes: & Textu paginarum* 149. gesta eorum explanantes. Post vulgatas tres istas *Decades* Auctor variis aliis negotiis implicitus, morbo etiam correptus ac demum morte sublatus est. Unde præclarum Opus istud non sine magno Artificum juxta ac Eruditorum dolore imperfectum remansit.

XII. *SS. Theologia universa sacris Bibliorum figuris illustrata; symbolis adumbrata; Assertis scholasticis, dogmaticis, moralibus elucidata; iconismis æreis exhibita; sub auspiciis RRmi et Celsmi Principis Ioannis Francisci, Episcopi Constantiensis & Augustani. in 8. Augustæ*. 1738. Constat Textu 100. paginarum, Imaginibus vero 50.

Hæc sunt meletemata *Nostri* tabellis æneis aut constantia, aut ornata: quæ præter, alia edidit sequentia.

XIII. *Trinum imperfectum ex perfecto: seu Asserta scholastica, polemica, moralia de Vitiis & Peccatis, Legibus, ac Gratia &c. ex Angelici theologia ad mentem Salmanticensium eliminata. in 8. Hæc est quasi Pars altera prioris Operis. Constat Textu paginarum* 406. Imaginibus vero caret.

XIV.

XIV. *Perfecti Præfultis Idea, quem sacra doctrina præposuit, amor elegit.* in folio. Hoc meletemate Noster fratri suo germano (a) *Ioanni Evangelistæ adeptam, Præpositi in collegio Canonico-regularium S. Augustini Augustano ad S. Crucem, dignitatem gratulatus est.* Constat paginis 30. in fol.

XV. *Lapis angularis Domus Bavaricæ et Saxonicæ in insigni nexu serenissimorum Sponsorum: Maximiliani Iosephi Ducis utriusque Bavaricæ & Mariæ Annæ Sophiæ natæ Reg. Poloniæ Principis &c. cui penicillo & stylo elegiario sincera sua inscribunt vota Servi infimi, Theresiæ Filii.* in folio. Monachii. 1747.

XVI. *Ars sine arte, seu Vota simplici calamo collecta ex omni arte, & SS. Sponsis Maximiliano Iosepho & Mariæ Annæ Sophiæ &c. demississime oblata inter nuptiales applausus lætabundæ patriæ & Conventu Monachensi Carmelitarum Discalceatorum anno,*

QVo SaXonIca BaVaraqVe DoMV

acCtVntVr In Vno.

in folio. Augustæ. 1747.

(a) Hic, antequam *Præpositus* Collegii sui constitutus est, per plures annos junioribus Religiosis theologica præcepta tradidit. Extant eius *Conciones panegyricæ* in *B. Catharinam de Ricci*: & in *S. Thomam Aquinatem*. Manuscriptum post se liquit *Tractatum de Sanguine Christi in terris relicto.*

BERGMÜLLER (Ioann. Georgius)

Primum hic vitalem auram *Türkhemii*, *Suevia* viço, ditioni tamen Ducis *Bavaricæ* subiecto, anno 1688. haussit. Ibi residens *Maximilianus Philippus* & Ducibus *Bavaricæ*, cum in *Nostro* ingenium



pingendi arti aptissimum detexisset, *Monachium* eum misit, prima artis fundamenta apud *Andream Wolsum*, pictorem apprime celebrem, jacturum. Eo tyrocinio perfunctus BERGMULLERUS *Düsseldorfium* atque inde in *Belgium* abiit; quo in itinere plura artis opera scite elaboravit, inter quæ maxime ea prædicantur, quæ in Ecclesiâ *Nofodochii Düsseldorfensis*, a P. URBAN, Iesuita et Architeſto percelebri constructa, viſuntur.

*Italiam* quoque artis perficiendæ gratiâ peragrassè *Noſtrum*, Majorum narratione cognovi; pro certo autem affirmare non ausim. Denique *Auguſtam* veniens stabile ibi domicilium fixit, etiam uxore sibi adjecta. Hinc *Auguſta* plurimis artis operibus varii generis, *Noſtri* penicillo elaboratis, superbit; quæ, si nôſſe cupis, Lector! adi Librum *Perilluſtr. Pauli à STETTEN: Kunst- und Handwerksgeſchichte von Augſburg T. I. pag. 318. et T. II. pag. 201. 202.* Nam mihi per inſtituti mei rationes haud licet diutius in illis enarrandis immorari.

Præter pictoriam, chalcographicæ quoque artis ſcientiam habuit inſignem, multasque cupreis laminis docta acu inſcriptas icones publici juris fecit: quorum è numero hoc loco memoranda veniunt non tam artis, quam ingenii (aut ſi malis, *utriusque*) monumenta:

I. *Antropometria, ſeu Statura Hominiſ à natiuitate ad conſummatum ætatis incrementum; ad diſmenſionum et proportionum regulas diſcriminata. in Fol. Augſburg. 1723.*

II. *Geometriſcher Maasſtab der weſentlichen Abtheilungen und Verhältniſſe der Saulenordnung fol. Augſburg. 1752.*

Fuit

Fuit *Noster* Architectices (quod mox memoratum Opus luculentissime comprobatur) supra modum peritus. Fuit Pictor in inveniendis amoenus: in piis repræsentationibus pius atque modestus; in cuius picturis elegantiam facierum, vestimentorum fluiditatem, colorum illecebras jure mireris. Fuit in omni vitâ vir probus, optimisque moribus refulgens. Fuit Celsissimo Episcopo *Augustano* tum Aulæ tum sanctioris Conclavis Pictor. Fuit *Augustanæ* Artium Academiæ civi-  
cæ Director, anno 1720. creatus.

Diem supremum claudit *Augustæ*, annò a reparata per Christum salute 1762.

Plura de *Nostro* scire quisquis avet, consulat Librum *Neue Bibliothek der schönen Wissenschaften und freyen Künste*. in 8. *Lipsiæ*. In Officina *Dykiana*. T. I. pag. 156. ADELUNGIUM in *Fortsetz- und Ergänzungen des Jöcherschen Gelehrten-Lexicon*.

Patri succedat Filius *Ioannes Baptista* BERGMULLERUS. Natus is anno 1724. ut adolevit, arti a genitore cultæ se devovit, quem tamen passibus haud æquis sequutus est. Obiit anno 1785. ad diem 19-20. Februarii noctu; postquam sapremæ voluntatis tabulis pauperes patriæ hæredes scripserat, typisque excusum Opus publicarat sequenti titulo:

*Maasstab Gottes, oder die Berechnung göttlicher Zahlen in der heiligen Schrift; für Gelehrte, Künstler, und Mahler*. In fol. *Augsburg*. c. fig. 1778. de quo Libro judicant *Perillustr. Paulus & STETTEN L. c. T. I. pag. 353.* et Liber: *Allgemeine deutsche Bibliothek*. T. XXXVIII, p. 410.

~~L. 15.~~  
~~466~~

Per 2119e.  $\frac{22}{10}$



jam ad magnam nominis claritudinem pervenerat, cum variorum amicorum, ad altiora idoneum haud vane credentium suasu, inprimis *Petri ab OSTERWALD*, postea Consilarii intimi in Aula *Bavarica*: *Tobias* MAYERI (a) postea publici in Academia *Göttingana* Professoris (Ambo h̄t apud *Noftrum*; ædes exiguas tum adhuc inhabitantem manserant) item Scribæ ædilitii *Haafii*, et Actuarii in Dicasterio opificum artificumque *Wengii* (b) Iuris utriusque Licentiati: præcipue vero *Ioannis* (aliis *Josephus* dicitur) *ab HALDER* celebris Nummularii, cuius etiam systaticis postea litteris plurimum suffultus fuit, instinctu conficiendis *Instrumentis mathematicis* ingenium totum, omnesque suas vires addixit. Tam hoc ex voto cessit *Nostro*, ut mox anno 1737. prima in Germaniæ oris Telescopia confecerit: ut brevi temporis spatio interposito seu maximos, quos tunc *Anglia* habuit, artifices scientia & dexteritate æquarit; seu eos, quos *Germania* nutriit, etiam superarit: ut non solum instrumenta prius inventa aptissimis emenda-

A 5 ..... datio-

(a) Hic *Marbaci* in *Wurtembergia* natus, ab anno 1741. usque ad annum 1746. *Augustæ* commoratus est, jam tum insignis Mathematici nomine clarus. *Augustæ Norimbergam* translatus, & *Societati cosmographicae* adscriptus, in officina *Hofmanniana*, præter alias chartas geographicas, *Germaniam criticam* anno 1750. publicavit. Anno insequenti *Göttingam*, ut *Matheseos Professorem* ageret, evocatus editis maxime *Tabulis lunariibus* immortalē sibi famam, et maximorum *Utriditorum* encomia comparavit. Ita *Perillustri Paulus* STETTEN in *Libro: Kunst- und Handwerks-Geschichte von Augsburg. T. I. p. 56.*

(b) De *Haasio* & *Wengio* vide eundem. l. c. p. 49. p. 174. De *Haldero* autem, p. 175.

ditionibus usui magis accommodârit; sed nova quæque suoapte fœcundo ingenio excogitârit. Præcipua autem eorum, quæ fecit, Operum & descriptiones eorum, typis vulgatæ, *infra* luculentius dicentur.

Hinc (quod æstimatu perfacile est) fama *Nostræ* mire crevit, nomenque ejus non solum per viciniam *Germaniamque*, sed *exterar* quoque *regiones* latissime percrebuit. Ipse à Viris doctissimis (quorum e numero e. g. vocare me licet *Dollondum*, *Io. Henric. Lambertum* Collegam Societatis Scientiarum Berolinensis (c) *Gesnerum* Canonicum Tigurinum, *Ioannem van Muschenbræck*, *Michaelem du Crest*, *P. Cæs. Amann* &c.) nobilissimisque maximi habitus: et vel cominus domi suæ, vel eminus Litteris honorificentissimis consalutatus est: aut in libris, quos vulgaverunt, commeritis laudibus celebratus. Ipius in *Instrumentis* describendis ante dictus *Lambertus*, *Kißnerus*, *Bullingerus*, *Amannus*, *Pickelius* Professor *Eichstadii*, *Spenglerus* Professor *Dillingæ*, *Mairus* Professor *Heidelbergæ* ad suam, *Nostrique* laudem versati sunt. Ipius manu docta elaboratis *Instrumentis* *Academix Scientiarum Bavarica Monachii*, *Berolinensis*, *Manheimensis*, *Ingolstadiensis*: *Collegia Societatis Iesu* ibidem & alibi: *Canoniam Pollingana* in *Bavaria*: *Cœnobium Langheimense* in *Franconia*: *Societas physica Tigurina*: denique urbs *Augusta* gloriantur. Iisdem (quod maius est) *Aula Berolinensis*, *Pollonica Varsoviæ*, *Anglica* in *Observatorio Regis privato*,

(c) Vir hic, plane singularis ingenii, totò trienniò *Augustæ* apud *Nostrum* fuit: ubi etiam *Germanice* edidit *Observationes de Brandermanis Micrometris vitreis eorumque usu*. in 8.

vato, quod *Richemondi* non ita procul *Londino* est, ornari se peroptârunt.

Præterea *Noſter* anno 1753. *Lutetiam Pariſiorum*, & totius Ruſſici Imperii metropolim *Petroburgum*, anno deinde 1754. ruruſus *Petroburgum*, anno vero 1760. *Bavariæ* principem urbem *Monaſchium* propoſitis æquiffimis conditionibus evocatus eſt: quin tamen impetrare à ſe potuerit, ut vocationibus iſtis obtemperaret, fors quietis doctique otii, quam honoris ac claritudinis appetentior.

Neque iſtud præteriri à me hoc in loco debet, *Noſtrum* annò 1780. quod propoſitam à Regia *Scientiarum Academia Danica* quæſtionem omnium optime ſolviffet adjecto inſuper Inſtrumento, quo diſtantias metiaris, dignum proclamatum fuiſſe, qui præmiò in id conſtituto, nempe *Numiſmate aureo* 100 *Thalerorum* donaretur: *Noſtrum* diu antea inter *Academiæ Scientiarum electoralis Bavariæ* membra connumeratum: anno 1781. denique ab ſingulari Muſarum Patrono, artiumque & ſcientiarum Promotore ſereniſſimo, *Carolo Theodoro* Bavariæ & Palatinatûs Duce propter inventa *Micrometra vitrea* ampliffimo munere cohoneſtatum fuiſſe. His omnibus liceat addere, *Noſtrum* etiam Membrum fuiſſe *Academiæ Artium Auguſtanæ civicæ*, illudque Inſtitutum pro viribus promoviffiſſe.

Hunc talem Virum brevi ægritudine conſeſtum annus 1783. ad diem 1. Aprilis vivorum & medio ſuſtulit, ætate admodum provectum, Reliquit poſt ſe generum ſuum *Casparem Hæſchclium* (d) jam ab annis 14. laborum omnium ſocium  
&

(d) Hunc *Noſtri* digniſſimum ſucceſſorem debito encomio *Paul. & Stetten L. c. T. I. p. 182. & T. II. p. 60. 61.* mactare non omiſit.

& studiorum commilitonem, cui annis gravatus negotiorum suorum partem maximam, & commercium suum litterarium, quam latissime patens, euranda permiserat. (e)

Quemadmodum *Instrumenta* scitissime dexterimeque confecit; ita eadem, usumque eorundem & utilitatem aptissimis Libellis, in hunc finem typo procufis, describere non intermisit. Sunt illa.

I. *Polymetroscopium dioptricum: oder Beschreibung eines optischen Instruments, vermittelt dessen man die Gesicht-Winkel messen kan. c. fig. in 8. Augustæ. 1764.*

II. *Kurze Beschreibung einer ganz neuen Art einer Camera obscura: ingleichen eines Sonnen-Microscops in 8. c. fig. Ibidem. 1769.*

III. *Neuer geometrischer Universal-Meßtisch, nach seiner Zusammensetzung und nach seinem Gebrauch beschrieben. in 8. c. fig. 1767. Ibidem. Item 1772. Dicavit Noster Stanislaõ Augusto, Poloniæ Regi.*

IV. *Beschreibung zweyer zusammengesetzter Microscope. in 8. c. fig. 1769. Ibidem.*

V. *Arithmetica binaria sive dyadica: d. i. Die Kunst nur mit zwei Zahlen in allen vorkommenden Fällen sicher und leicht zu rechnen. in 8. Ibidem. 1769. Item 1775.*

VI. *Beschreibung der neuen dioptrischen Seelors, nebst der Chorden - Tabelle von desselben Beschreibung einer ganz neuen Libel - oder Niveallir - Wage. in 8. Ibidem.*

## VII.

(e) *Vide Notitiam quartam de Augustana civica artium Academia, & cum hac ad excitandum Artium studium composita Societate privata, p. II. Perillastr. Pajulum d STETTEN L. c. T. I. p. 177. & T. II. p. 59. ADELUNG Fortsetzung - und Ergänzungen des Böcherischen Gelehrten-Lexicon.*

VII. Beschreibung einer neuen hydrostatischen Wage, nebst zweyen hiezu gehörigen Abhandlungen in 8. c. fig. 1771. Ibidem.

VIII. Neue Art Winkel zu messen vermittelst eines neuen amphidioptrischen Goniometers: ingleichen Lini- en und Zirkel mit dem Glas-Nonius-Maaßstab scharpf und richtig zu theilen. in 8. Ibidem. 1772. c. fig.

IX. Beschreibung zweyer besonderer und neuer Barometer; welche sich nicht nur verschließen, und sicher von einem Orte zum andern bringen lassen; sondern auch zu Höhen-Beobachtungen vorzüglich zu gebrauchen sind. in 8. c. fig. 1772. Ibidem.

X. Beschreibung eines Spiegel-Sextanten: ingleichen einer neuen Abänderung des Meßtisches, wie auch eines ganz neuen Meßtisches, und des sogenannten Scheiben-Instruments; als der zweyte Beytrag zur Beschreibung des geometrischen Meßtisches. in 8. c. fig. 1774. Ibidem.

XI. Beschreibung einer kleinen Luftpumpe oder Cabinet-Antlia. in 8. c. fig. 1774. Ibidem.

XII. Beschreibung seines ganz neu gefertigten, und besondern Planisphaerii astrognostici æquatorialis. in 8. c. fig. 1775. Ibidem.

XIII. Beschreibung der neu abgeänderten und mit mehrern Zusätzen versehenen Camera obscura. in 8. c. fig. Ibidem. 1775.

XIV. Beschreibung des von ihm neu- gefertigten Spiegels-Quadranten nach HADLEY'S Theorie, mit einem Artificial-Horizonte zum geometrischen und astronomischen Gebrauche, nebst einer Beschreibung von drey andern Instrumenten. in 8. c. fig. 1777. Ibidem.

XV. Beschreibung eines magnetischen Declinatoriü und Inclinatoriü, nebst der Anweisung, wie man sich dieser Instrumente bedienen soll, um aller Orten die Ab-

we-



*weichung und Neigung der magnetischen Kräfte zu bestimmen* &c. in 8. c. fig. 1779. Ibidem.

XVI. *Beschreibung und Gebrauch eines geometrischen Instruments, in Gestalt eines Proportional-Zirkels, welches in allen praktischen Fällen der Feldmesskunst leicht und gut zu gebrauchen, nebst angehängter Beschreibung eines Systems von Maasstäben zu Zeichnungen.* in 8. c. fig. Ibidem. 1780.

XVII. *Beschreibung eines neu erfundenen Distanzen-Messers aus einer Station, für Ingenieurs und Artilleristen.* in 8. c. fig. 1781. Ibidem. Habetur etiam junctim cum aliis *Traſſatibus Societatis Regiæ Daniæ, T. I. Hafniæ.* 1781.

XVIII. *Epistolæ de compluribus physicis argumentis, Inventionibus, Instrumentis, quas Noster Germanicè linguâ ad sæpius laudatum Io. Henr. LAMBERTUM scripsit; Ioannes vero BERNOULLIUS Berolini anno 1783. publici juris fecit. Confer Friderici NICOLAI, Auctoris in iis, quæ de Nostro narrat, omni fide (utinam & in reliquis) dignissimi Itinerarium linguâ vernaculâ editum T. VIII. p. 42.*

XIX. *Kurzgefaſte Regeln zu perspectivischen Zeichnungen, vermittelt eines zu deren Ausübung, so wie auch zu geometrischen Zeichnungen eingerichteten Proportional-Zirkels.* in 8. c. fig. Augsburg. 1772.

XX. *Beschreibung und Gebrauch der logarithmischen Rechenstäbe.* 8. Ibidem. 1772.

Notandum præterea est, horum Opusculorum plura typis repetitis procusa fuisse, qua occasione utens Noster eadem aut emendavit, aut novis accessionibus locupletavit.

---

**COLLEGIUM**  
**SS. SALVATORIS,**  
**QUONDAM**  
**SOCIETATIS**  
**JESU.**

---





## PRÆMONITIO.

---

**C**OLLEGIUM SS. SALVATORIS in urbe *Augusta Vindelica*, primariorum Civium Augustarum studio & singulari in patriam pietate, anno post natum ex Virgine Salvatorem IDLXXXI. in gratiam *Patrum*, tum nascentis *Societatis Iesu*, conditum atque fundatum, ab ævis primordiis ad nostra usque tempora Viros permultos habuit facile eruditissimos ac plurima doctrinæ laude insignes: quorum merita, non unum congesta cumulum, dum hęc in locum prolixiori fermone exponere aggredior, rem tum instituto meo apprime convenientem, tum correlatorum Lectorum curiositati oppido gratam me facturum esse confido. Primas itaque suo quasi ure sibi postulat

*Bibl. August. Alph. X.*

B.

RO-

ROSEFFIUS (*Gregorius*) Augustanæ familiæ *Societatis*, antequam ad *Collegii* statum emergeret, Moderator: primusque dein *Collegii* *Rektor*. Cuius merita ac scripta fusè à me perscripta habes in *Alphabeto V. Bibliothecæ Augustanæ*, p. 182—196. Dixit is è suggestu cathedralis Ecclesiæ multa cum approbatione ab anno 1566 — in annum 1600. Obiit *Augustæ* anno 1623.

Equidem non inepte quis dixerit: ante *Roseffium* et primò omnium locò prædicandum esse *Petrum CANISIUM*, cui postulante Cardinale & Episcopo Augustano, *Othone Truchsessio*, Iacobus *Laynez* Præpositus generalis *S. I.* licentiam dedit *Augustæ* subsistendi, tum in alios usus, tum vero, ut in æde cathedrali pro concione ante meridiem diceret. Sed Viri huius, certe maximi, laudès tam multi ante me Scriptores memorârunt, ut quod adjiciam, plane non sit. Consuli de illo poterunt ALEGAMBIUS & SOTVELLUS in *Biblioth. Script. S. I.* ANDREAS in *Biblioth. Belgic.* MIRÆUS in *Elogiis Scriptor. Belgii.* PANTALEO in *Prosopograph.* & in primis Matthæus RADERUS in *Vita Petri Canisii*. Præterea, dum *Canisius Augustæ* fuit, & pluribus posthac annis necdum *Societas* ibi ædes proprias habuit: sed prope palatium episcopale *Socii* habitabant. Ex duplici hac causa præsentì *Narrationi* haud inferendus mihi visus est. Cœterum *Canisius* suggestum cathedralis Ecclesiæ tenuit ab anno 1559. in annum 1566. Sed quoniam hunc ipsum tum *Provincia*, quam regendam susceperat, negotia: tum altiora non raro iussa aliò vocabant, vices ejus *Martinus Stevartius* supplevit anno 1563. cui hoc eodè anno ab *Alberto Duce Bavaricæ Monachium* rursus revocato successit

Est *Ioannes* (alii *Hermes*) *Halbpauerus* usque ad annum 1566. quò *Roseffius* summæ ædis cathedram obtinere cœpit: de quo Viro cum fati dictum sit, ad alios pergo.

**SALLERVS** (*Ioannes*) qui post *Roseffium* ab anno 1600. ad annum 1611. in cathedrali Ecclesia antemeridiani Concionatoris munus sustinuit. Eius laudes paucis commemoravi in *Alphabeto V. mææ Bibliothecæ*, p. 187. Vitam finit *Monachii* anno 1630.

**SALHAUSER** (*Cosmas*) qui post *Sallerum* ad concionem ab anno 1611. in annum 1626. dixit. De eo *Sotvellus* in *Biblioth. Script. S. I.* sequentia narrat: „Natione *Germanus*, patria *Nappur-*  
 „ *gensis* in *Palatinatu*, Societati adscriptus est anno salutis 1586. ætatis suæ 15. & Professionem  
 „ quatuor Votorum emisit. Vir concionandi munere ad annos circiter quadraginta clarus:  
 „ imis, summis ob morum elegantiam & renitentem e vultu candorem amabilis . . . Diffidiis,  
 „ etiam potentiorum, componendis adeo dexter &  
 „ æquus arbiter, ut, quibus suo obnunciasset  
 „ calculo, eos eloquii suavitate denuo sibi devinceret. . . . Cursum peregrinationis suæ septuagenarius absolvit *Monachii*, die 15. Iulii 1639. Vertit e latino germanicè *Georgii STENGELII Labyrinthum*, excusum *Ingolstadii* 1629. et rursus *Dillingæ*. 1640. “

**PEUTINGERUS** (*Carolus*) Patricia gente *Augustana* ortus, quem dixisse de cathedra summæ ædis *Augustanæ* repperi, & de quo ipso pluribus

egi in *Alphabeto I. meæ Bibliothecæ*, p. 131: Fatis concessit anno 1624. *Monachii*.

PONTANUS (*Iacobus*) Vir latinæ & græcæ litteraturæ peritissimus, inque omni doctrina excellens; cuius prolixum encomium videtis in *Alphabeto V. Bibliothecæ meæ*, p. 119—149. E vita deceffit anno 1626. *Augustæ*.

RADERUS (*Matthæus*) plurium annorum spatio in *Collegio* vixit. Fuit Vir multigena scientiâ, Eruditorum maximorum suffragiis comprobata, longe ornatissimus: cuius præclara merita expofui in *Alphabeto V. meæ Bibliothecæ*, p. 149—170. Diem supremam clausit, anno 1634. *Monachii*.

REIHING (*Conradus*) Patritia apud *Augustanos* gente, patre *Iacobo (a)* natus, frater *Iacobi REIHINGI junioris*, postquam adolevit, *Societatem Iesu* est ingressus, eamque postea nuncupatis quatuor solennibus Votis professus, *Vir virtute, doctrina, auctoritate clarus*.

Hunc annò 1598. *Ingolstadii* Theses ex universa *Philosophia*, præfidente *P. Velfero (b)* propugnasse, ex *EHINGERI Catalog. Biblioth. Augustanæ*, p. 236. discimus. Anno deinde 1602. in  
memo-

(a) *Iacobum Reihingum* vel *Reyhungum* in *Senatum Augustanum* anno 1574. adscitum, mortuum vero anno 1581. invenio in *Langenmantelii Histor. des Regiments von Augspurg*.

(b) Est *Antonius Velferus*, cuius laudes commemoravi in *Alphab. II. meæ Bibliothecæ*. p. 138.

memorata *Academia ad Philosophiæ præcepta proprio Marte docenda promotum fuisse*, testatur *Io. Nep. MFDERER (c)*, addens, eum per integrum quinquennium eo in officio versatum fuisse. Procedente tempore honorum munia capeffere iussus, *Collegii Augustani Rectorem* egit anno 1621. quo ipso frater eius supra nominatus *Iacobus à Societate et Religione catholica defecit (d)*.

In eodem officio fuit annò 1628. quando *Duumviris Augustanis Hieronymo Imhofio & Bernardo Rehlingero* persuadere conatus est, ut meditatum eo tempore *Reformationis* negotium alacriter aggrederentur (e). Expugnavit paucis post annis urbem *Augustam* miles *Suecus*, quo tempore (1632) *Noster* una cum aliis tum ecclesiastici tum sæcularis ordinis *Viris* primariis, sinistrae suspicionis ergò, in *Curia (f)* custodiæ per aliquot dies mancipatus est, multaque alia indigna tulit. Circa idem tempus *Noster* Iuramenti, quod *Suecus* exigebat, detrectandi clero *Augustano* in unum congregato princeps & auctor fuit.

Subin Clericis, id ipsum Iuramentum præstare recusantibus, urbe exesse iussis, *Monachium* delatus, potissimum excipiendis *Pœnitentium Confessionibus* operam in *Collegii S. I.* templo dedit: quo ipso in loco *Ecclesiasten* quondam pluribus

B 3

annis

(c) In *Annal. Academ. Ingolstad. T. II. p. 169. 191.*

(d) *V. Histor. Soc. Ies. German. superior. P. III. p. 167. & P. IV. p. 258.* Ceterum de *Iacobo REHINGO*, inferioris, suo ordine agam.

(e) *V. Pauli à Stetten Historie von Augspurg. T. II. p. 137*

(f) *V. Khamm Hierarch. August. P. I. p. 419.*



annis, incredibili audientium frequentia, egerat: magisque etiam vitæ compositissimæ exemplis, quam eloquentia copiaque orationis, quâ quidem plurimum valuit, populi mores instituerat formaveratque.

Cæterum hunc *catarrhi* suffocans humor è visus sustulit anno MDCXXXIV. medio ferme Iulio. Meletemata *Nostri* typis procusa repperi sequentia:

I. *Theses philosophicæ ex universa Philosophia naturali collectæ. Præside Conrado Reihing Soc. Iesu, proponet Matthæus Velfer. Ingolstadii. 1607. V. Ehingeri Catalog. Biblioth. Augustan. p. 234.*

II. *Disputatio philosophica de corpore simplici et mixto: Præside Conrado Reihing: Respondente Leone Menzelio (g) Ibidem. 1607. V. Ejusdem Catalog, Bibl. August. p. 239.*

III. *Affertiones, quas ex Logica, Physica, & Metaphysica collectas, Præside Conr. Reihing Sc. proponet Sebastian. Christoph. Rechlinger. in 4. Ingolstadii. 1607.*

(g) Vir quantus evaserit *Menzelius* iste, cognosces ex *I. N. Mederer Annal. Acad. Ingolst. T. II.*

WAZIN vel WASIN (*Ioannes*) qui locum Concionatoris pomeridiani in cathedrali Ecclesia aliquamdiu tenuit. Hunc *Sotvellus l. c.* sequentibus laudat: „ Natione Germanus, patria *Immenstadien-* „ *sis* in Suevia, Societati adscriptus anno salutis „ 1611. ætatis 17. in Provincia *Germaniæ super-* „ *rioris*, vota quatuor nuncupavit *Monachii* anno „ 1627. Vir præstanti doctrina & concionandi „ munere excellens, adeo ut *evangelicæ tubæ* no- „ men

„ men obtinuerit & magno fructu 30. annis id  
 „ exercuerit. Missus in *Bohemiam*, primus de *Societate*,  
 „ *Wratislaviam* hæresi addictissimam in-  
 „ travit, ibique *Societati* sedem fixit, sagace et  
 „ grato apud Cæsarem & Dynastas ingenio. Ibi-  
 „ dem annos 16. pro Ecclesia catholica . . . acer-  
 „ rime depugnavit, & Collegio illi bis præfuit  
 „ magna modestia, prudentia & charitate. Deni-  
 „ que ex eodem ad laborum præmia migravit, die  
 „ 8. Septembris 1653. Edidit linguâ germanicâ

„ *Oratio Corollas funebres, in exsequiis SS. Ma-*  
 „ *riæ Renatæ, Alberti, Ducis Bavaricæ, filia exhibita.*  
 „ *Monachii. 1639.*“

MAYR (*Georgius*) primus e *Societate* Conciator *San-Mauritianus, Augustæ* constitutus anno 1598. *Græcæ et Hebraicæ* linguarum callentissimus; cuius labores & scripta fuso sermone profusa invenies in *Alphabeto VI. mæ Bibliothecæ*, p. 133—147. Diem suum oppetivit anno 1633. *Romæ.*

DREXELIUS (*Hieronymus*) Vir vitæ sanctitate et multiplici doctrina nominatissimus, *Collegii* aliquamdiu incola; de quo fusissime dixi in *Alphabeto II. mæ Bibliothecæ*, p. 33—68. Naturæ lebitum solvit anno 1638. *Monachii.*

WAGNER (*Andreas*) de quo paucissima, mihi commemoranda, temporum, quibus vixit, iniquitas eliquit.

*Philippus ALEGAMBIUS* sequentia de eo referre (a) non omisit: *Andreas Wagner natione Germana.*

B 4

ma.

(a) In *Biblioth. Script. S. I. p. 32.*

*mannus, patriâ Suevus ex Hoffenhoven (b) venit in Societatem juvenis, annos 17. natus, anno salutis 1605. Humaniora studia et concionandi munus cum laude tractavit, professus solennia Vota (c) Societatis Iesu, die 31. Julii. anno 1624.*

Conscendit *Noster* sacrum cathedralis Ecclesiæ *Augustanæ* suggestum, quâ Concionator antemeridianus, anno 1626. ex eoque dixit usque in annum 1637. quod eundem *Augustâ* discessisse, certa auctoritate didici. Sed nec diu posthæc supervixit teste *SOTVELLO (d)* scribente: *Virum hunc, latina vernaculaque facundia præstantem, nec minus religiose vivendi laude excellentem, mortuum esse præmaturò funere, Neoburgi, Calendis Maii, 1638.*

Typis impressa posteris reliquit *Noster* sequentia Opuscula vernaculo sermone concepta:

I. *Quando vis fieri Catholicus? Wann wilt du Catholisch werden? Das ist: Gespräch zwischen einem Catholischen, und Lutherisch-Evangelischen, so neulich von einem unbenannten Lutherischen Zeloten durch den Druck ausgesprengt worden, itzund aber durch fleißiges Examen gezogen, und auf catholischer Seiten mit einem starken Zusatz vermehrt, und wider den Gegentheil kürzlich doch gründlich beantwortet.* in 8. *Augspurg.* 1630. Dicavit *Noster* Præposito, Decano, totique Capitulo Ecclesiæ cathedralis *Augustanæ*.

II. *Neu Jahrs-Schankung; d. i. Neues christliches Gespräch von den Bildern Gottes und Christi unsers*

(b) *Sotvellus* scribit: *Pfaffenhoven.*

(c) *Sotvellus* addit: *Ingolstadii.*

(d) In *Biblioth. Script.* S. I.

unfers Herrn, und von der Abgötterey, zwischen Nathanael einem Catholischen, und Daniel einem evangelischen, beeden Augspurgischen Burgern. in 8. Augspurg. 1631.

III. *Nondumne te accommodabis? Abfertigung des Lutherischen Anhangs weiterer Fragen und Beantwortungen, oder des Gespräch-Büchleins, dessen Titel ist: Wilt du dich noch nicht accommodieren? Augspurg. in 8. 1631. Dicavit Christophoro Peutingero Præposito, Christiano Paul (e) Decano, & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Mauritium Augustæ.*

IV. *Refutatio Epistolæ consolatoricæ Io. Conr. Göbelii &c. Bedenkliche Erwägung der Unterrichts- und Trost-Schrift, so an die genannte Evangelische Burgerschaft zu Augspurg von M. Io. Conrad, Göbelio (f) gewesten Lutherischen Pfarrer und Senior bey S. Anna daselbst abgangen. in 8. Augspurg. 1631.*

V. *Xenia, pro Congregatione civica Ingolstadiana. Germanicè.*

(e) *Paulus vel Paul anno 1622. Dillingæ sub præsidio Laurentii Foreri è Soc. Iesu publice de Symbolo catholico seu pontificio, cum Symbolo apostolico, collato disputavit. Fuit S. Scripturæ, itemque S. Theologiæ Doctor: Consiliarius Episcopalis. Decanatum adeptus est anno 1626. die 16. Iunii. Obiit anno 1640. die 26. Februar.*

(f) *De Göbelio videri poterit Liber: Ministerium Evangelicum Augustanum. FISCHLINI Memoria Theolog. Württemberg. SERPILII Epitaph. Theolog. & alii.*

HUGO (Petrus) quem anno 1642. in annum 1643. Augustæ in Ecclesia Collegiata S. Mauritii & Sociorum ad populum dixisse novi. Eius lau-

des sequentibus prædicat *Sotvellus l. c.* „ Natione  
 „ *Helvetus*, patriâ *Lucernenfis*, juvenis annos 19-  
 „ natus se dedit in Societatem anno salutis 1606-  
 „ in qua solemnia 4. vota 1625. nuncupavit. *Rhe-*  
 „ *toricam* quadriennio, *Philosophiam* quinquennio  
 „ professus est. Vir fuit laboris indefessi, Zeli ani-  
 „ marum plane eximii; *triginta sex* annos conti-  
 „ nuos semper et cum laude auditus est ex sugge-  
 „ stu ad populum dicere; *Ambergæ* in *superiori*  
 „ *Palatinatu* Superior, catholicæ Religionis fun-  
 „ damenta jecit. Rexit etiam Collegium *Fri-*  
 „ *burgense* in *Helvetia*, ubi ex inopinato oppressus  
 „ catharro, intra sex horas ex mortali vita tran-  
 „ sivit ad immortalem, dię 19. Decembris 1651.  
 „ Edidit;

„ I. *Vitam Nicolai de Rupe Anachoretæ Sub-*  
 „ *sylvani* in *Helvetia*, *Friburgi Helvetiorum*, per  
 „ *Wilhelmum Darbellay*, 1636. in 12. “ dica-  
 „ tam Senatui Populoque *VII. Cantonum catholico-*  
 „ *rum* in *Helvetia*. Eandem *Vitam* in *Germanicam*  
 „ linguam a se versam, impressamque *Friburgi* in  
 „ *Brigovia*. in 8, 1642, iisdem Patronis consecra-  
 „ vit. „ Latine recusa inserta est a *Godefredo HEN-*  
 „ *schenio* *Actis Sanctorum Martii. Antverpiæ*  
 „ 1668. in fol. Scripsit etiam

„ II. *Apologiam universalem Catholicæ Romanæ*  
 „ *Fidei. Germanice. Friburgi.* 1651. “ Haud du-  
 „ bje hæc altera est Editio Libri à *Nostro* editi & a me  
 „ visi hoc titulo: *Catholisches Handbüchlein, in wel-*  
 „ *chem von 14. fürnehmen strittigen Artikeln unsers*  
 „ *christlichen Glaubens gehandelt wird &c.* in 8. *In-*  
 „ *golsfadt.* 1628. Opus, D. *Matthiæ HOE* (a) Libro;  
 „ *Evan-*

(a) De hac *Controversia* vide inferius in *Jacoba*  
 „ *REILINGO*, N. VIII.

*Evangelisches Handbüchlein*, oppositum sequenti censura *Leo Menzelius*, SS. Theolog. Professor publicus *Ingolstadiensis*, ornavit: *Catholicorum hoc Manuale* à *Petro Hugone*, in parochia *Mauritiana Ingolstadii* pro tempore *Concionatore* conscriptum non solum doctrinam orthodoxam tradit & confirmat; sed etiam adversariorum tam calumnias quam argumenta contra veritatem Fidei magna ex parte recenter excogitata solide refutat.

**HESERUS** (*Georgius*) qui. post *Hugonem* ab anno 1643. in annum 1649. in Collegiata Ecclesia *S. Mauriti* Concionatoris munus obivit.

Fuit natione *Germanus* patria *Weyrensis* in *Austria superiori*, *Passaviensis* diocesis, natus anno sæculi XVII. nono; Deo se in *Societate* dicavit 1625. in *Germania superiori*, et votorum quatuor professionem emisit; Sacerdotium obtinuit annò 1637. Docuit *Poesin*, *Rhetoricam*, *Dialecticam*, *Controversias* de fide, et 13. annis *Ecclesiasten* (a) egit. Obiit circa finem sæculi XVII. ediditque sequentia:

I. *Psalmi Davidis centum & quinquaginta*, juxta sensum litteralem explanati. *Ingolstadii*. 1654. in 8. Dicavit Collegium *Ingolstadiense* Episcopo *Eichstetensi Marquardo*. Nomine *Facultatis theologicæ Ingolstadiensis* de proposito Opere *Guil. Ludov. BENNZ Theol. Doctor, Professor &c.* hanc tulit sententiam: *Claritatem ita conjungit brevitati, sinceramque doctrinam connedit perspicuitati; ut huiusce materiæ aut*  
argu-

(a) Sic *Ingolstadii* quoque in parochiali Ecclesia *B. Virginis* Concionatoris meritissimi munus gessit anno 1654.

*argumenti vix legerim aliquid, quod desiderio meo votoque ita responderit, expectationemque à me haud temere præconceptam ita satiari; uti hoc elegantissimum Opus.*

II. *Psalmi argumentis et commentariis illustrati. Quorum primus Tomus, continens LXXV. priores Psalmos, prodiit Monachii 1673. in folio. Tomus secundus autem lucem non vidit: uti credibile ex eo fit, quod nullus Scriptorum annum editionis locumque annotarit.*

III. *Vitæ Christi Monotessarum evangelicum. Monachii. 1657. in 12. et Germanice versum ab alio & Societate. Ibidem 1658. Sunt Meditationes de Vita Christi, in singulos anni dies à Nostro distributæ, & Gedeoni Forstero Præposito Vilshoviensi dedicatæ: in qua Dedicatione inter alia ait: *Vulgaveram typis semel iterumque**

IV. *Christi patientis universam Tragædiam, quibus eam verbis Evangelistæ quatuor dederunt.*

V. *Martyrologium Romanum, Germanice translatum. Monachii. 1670.*

VI. *Dioptra Kempensis, qua demonstratur Thomas a KEMPIS verus Auctor Librorum IV. de Imitatione Christi. in 12. Monachii. 1650. Scripsit Noster adversus Constantinum CAJETANUM, Abbatem S. Barontii, hoc Opusculum (\*) ad cuius calcem accessit*

VII. *Summula Apparatus Constantini Cajetani, Abbatis ad Ioannem Gersen restitutum, opposita. Ingolstadii. 1650. in 12.*

### VIII.

(\*) Confer de illo Vincentii THULLERII *Historiam Concerationis de Auctore Libelli: De Imitatione Christi. in 12. Augusta. 1726. excusam, p. 31. & seqq.*

VIII. *Vita, et Syllabus omnium Operum, Thomæ à Kempis ab Autore Anonymo, sed coævo, non longe post obitum illius conscripta. Quæ ex Monasterii Rebdorfensis, Cann. Regg. S. Augustini, tribus Codicibus MSS. in lucem protulit G. H. Ingolstadii, in 12. 1650. Recusa Parisiis 1651. in 8.*

IX. *Præmonitio nova ad Lectorem Thomæ à Kempis de Imitatione Christi, adversus Præmonitionem Francisci Valgravii. Ingolstadii, 1650. in 18. Recusa Parisiis 1651. in 8.*

X. *Lexicon Germanicum Thomæum. Ingolstadii 1651. in 12.*

XI. *Septuaginta Palmæ, seu Panegyricus in laudem Librorum IV. Thomæ à Kempis, ex hominum piorum elogiis LXX. concinnatus. Ingolstadii. 1651. in 8.*

XII. *Obeliscus Kempensis, Thomæ Malleolo Can. Reg. S. August. positus: magnificis summorum Virorum encomiis, illustribus aliorum factis inscriptus. in 18. Monachii. 1669.*

XIII. *Hebdomada officiosæ pietatis, quæ Ingolstadii, Monachii, Herbipoli terdecies edita fuit variis annis, et formâ &c.*

XIV. *Catalogus Scriptorum Jacobi Gretseri in 4. Monachii. 1674. V. Gundling Historie der Gelehrtheit. p. 3708.*

OTT (*Christophorus*) *Friburgi urbe Brisgoia vitalem auram haurire cœpit. Societati Iesu, annos 16. natus, nomen anno 1628. dedit, in qua Poesin triennio, Rhetoricam quinquennio, Logicam & Ethicam aliquamdiu docuit. Ethices quidem præcepta in Academia Ingolstadiana ut trade-*



traderet, *Anglipolim* anno 1653. venit: uti testatur *Io. Nepom. MEDERER* (a) addens ad annum 1657. *Christophorus Ott Professor Ethices simul, & Orator sacer ad D. Mauritii, hoc anno à nobis discessit; postquam utramque cathedram doctis Lucubrationibus illustrat. Edidit vero hujatibus typis...* (b). *Scrispsit posthac multa alia tum polemica tum historica cum magna eruditionis commendatione.*

Anno infrequenti (1658) cathedram summæ Ecclesiæ *Augustæ* conscendere iussus est, è qua usque in annum 1664. statutâ horâ antemeridianâ peroravit, inde *Friburgum Helvetiæ* translatus. Præterea *Christophorus* jam ante, quam *Ingolstadtium* venit, *Romæ* egit (quorum negotiorum causâ, latet) ut ipse prodidit in *Confutatione sua Tremeliana*, p. 35.

Audiamus & SOTVELLUM in *Biblioth. de Nostro* monentem, *Ecclesiasten* è suggestu egit per annos 22. agitque etiamnum (nempe anno 1675.) *superstes*. Pauca hæc de *Vita Nostri* sufficiant. Scripta vero, quæ is reliquit, sunt sequentia.

I. *Laurus Carolina: de Gestis Caroli M. & sequentium Carolingorum Cæsarum.* in 4. *Ingolstadii.* 1654.

II. *Hohe-Schul der lieben Eltern, worinn die christliche Kinderzucht gelehret wird.* in 8. *Ingolstadt.* 1657. Opus dicatum Senatui *Ingolstadiano*. Sunt *Conciones* 9. de *Liberorum educatione*.

III. *Demonstratio catholicæ Veritatis, d. i. Kurze Beweisung catholischer Wahrheit, allein aus dem*

(a) In *Annalibus memoratæ Academiæ T. II. p. 332. & 346.*

(b) De *Libris Ingolstadii à Nostro editis infra sermo recurret.*

dem 19. Capitel des H. Evangelisten Matthæi : sambt Widerlegung eines Tractats, so unlängst M. Thomas Hopfer in Druck verfertigt, und die Historie von dem reichen evangelischen Jüngling betrifft. in 4. Augspurg 1660. Hoc Opus in duas partes divisit Noster : in quarum priori caput S. Matthæi memoratum elucidat, Catholicam & Acatholicam illius explanationem invicem inter se conferendo : in posteriori vero Hopferum (c) mandata Dei observari posse negantem confutat. Dicavit autem Præposito, Decano Io. Reinhardo ab Eyb, & Capitulo cathedralis Ecclesiæ Augustanæ. In præfatione monet, Libro huic suo titulum quoque alium tribui posse, videlicet : *Der kleine Finger des H. Matthæi*. Et revera cum præfens *Demonstratio catholice Veritatis* divendita fuisset, novam Noster editionem adornavit hinc inde recognitam sub titulo sequenti :

IV. *Der kleine Finger S. Matthes stoßet um das ganze Lutherthum.* in 12. Insprugg. 1677. Exhibuit autem Noster in hoc Libello priorem duntaxat partem superius dictæ *Demonstrationis* &c. &c. omissa parte posteriori, quæ erat unice ad confutandum Hopferum destinata ; eoquod hæc, utpote ad privatam causam pertinens, minus juvaret Lectores : illa vero, quippe generalis, in universum omnes quam maxime.

V. *Ursachen der Neu-Bekehrten in Augspurg, warum sie katholisch worden, und die andern billig werden sollen ?* in 12. Augspurg. 1661. Hoc Nostri Opus impugnare conatus est *Gustav. Adolph. Jung*

(c) De hoc videre poterit Lector Librum : *Ministerium Evangelicum Augustanum.* in 4.

*Iung (d)* uti & *Antonius Reiserus*; de qua re môx inferius.

VI. *Confutatio Tremelliana, cui adjuncta est Methodus brevissima & certissima reducendi errantes animas ad veram catholicam Fidem: sive Revocatoria Tremellianæ ad calculos veritatis & modestiæ Revocatio: h. e. Concionis ad Populum Stralsundanum priori anno à Io. Georg. Tremellio Apostata habitæ, in qua Lutheranismum profitetur publice, Catholicismum contra cum intolerandis adversus Catholicos calumniis eiurat, Confutatio. in 4. Augustæ. 1662.*

VII. *Ursachen über Ursachen, warum man soll katholisch werden: in der Form aufgesetzt, daß sie mögen genennet werden ein neues Handbüchlein der meisten dieser Zeit durch Deutschland schwebenden Glaubens-Streitigkeiten. in 8. Augspurg. 1664.* Opus consecratum *Alberto Fuggero Comiti de Kirchberg &c. & Mariæ Wirgartæ eius uxori. Cùm Antonius Reiserus (e)* tum *Presburgi (Posonii)* in *Hungaria* Minister Verbi sub fictitio nomine *Reinharti Onesimi, Lyco-Vindani, Ecclesiæ pressæ Ministri*, Librum *Nostri N. V.* superius indicatum refutare aggressus esset, eidem meletema præfens *Christophorus* opposuit: quod ipsum rursus *Reiserus* edito Libello: *Ursachen ohne Ursachen &c.* impugnare tentavit. Ceterum præfens *Nostri* Opus nonnulli Scriptorum sub titulo latino: *Manuale Controversiarum præcipuarum huius temporis*, allegant: quos proin ex dictis corrige.

## VIII.

(d) De hoc consule, si vis, Librum: *Ministerium Augustanum Evangelicum.*

(e) De Viro hoc ceteroquin perdocto agunt *Pippingius* in *Memoriis Theologor. Serpilus* in *Epitaph. Theologor. & alii.*

VIII. *Roma gloriosa: oder das glorwürdige Rom in seinen 243. Päbsten.* in folio. Innsprug. 1676. Dedicavit *Maximiliano Gandolpho* Archiepiscopo *Salisburgensi*. Opus iteratis typis prodiit. in 4. *Dillingæ.* 1686. Iterum 1702.

IX. *Pauli BARRY Passa Hagiophilæ cum Filio Dei.* *Ingolstadii.* 1646. Hæc ex *Gallico* versa edidit.

X. Præterea *Noster Horatii TURSELLINI Historiarum Epitomæ ab origine mundi* supplendæ operam impendit, in nova huius *Epitomæ* editione, quæ forte parabatur, ab anno 1598. in quo *Tursellinus* desit, reliquos duos eius sæculi annos, nimirum 1599. & 1600. addendo. Immo ulterius progressus, publicavit sequentem opellam:

XI. *Historia nova Seculi nostri XVII. ferreo-aurei compledens Gesta per Imperium Romano-Germanicum sub Rudolpho II. Matthia I. Ferdinando II. Ferdinando III. Quæ Historia supplementi loco ad Epitomen Turselliniam servire Lectoribus poterit et propterea inscribi: Pars II. Historiæ Tursellinicæ ab orbe condito; sive Continuatio.* in 12. *Oeniponti.* 1682.

Opus hoc suum non elato stylo, sed neque sordido, & ad intelligendum facili, qualem in *Iulii Cæsaris Commentariis* semper suspexisse se profitetur, scriptum dedicavit *S. R. I. Principi & Episcopo Brixinensi Paulino.*

Vide, si placet, *Librum: Unschuldige Nachrichten von Theolog. Sach. T. 42. p. 670.*

**GUMPENBERG** (*Guilielmus*) qui in cathedrali *Ecclesia Augustana* horis pomeridianis ab anno 1656 in annum 1659. ad fidelium plebem dixit. Fuit is teste. *Sotvello L. c.* natione Germanus, *Bibl. August. Alph. X. C gente*

gente *Bavarus*, patria *Monacensis*, natus anno sæculi XVII. nono Deo se in *Societate* mancipavit 1625. Hinc ad dictum annum *Annales Academiae Ingolstadiensis*, T. II. p. 246. aiunt: *Guilielmus Baro Gumpenbergius, magni postea nominis Vir. . . Atlantis Mariani atque aliorum Opusculorum auctor. . . absoluta apud nos Rhetorica, religioso Jesuitarum cætui se adjunxit.* In eo vota quatuor solemnia nuncupavit. Docuit *humaniore Litteras; Ethicam* (et hanc quidem *Ingolstadii* anno 1639. profiteri cœpit) *Controversias de Fide*; et sexennio *Theologiam moralem*. Pœnitentiarium summi Pontificis in *Basilica Vaticana* egit ad quadriennium; & *Concionatoris* munere 32. annis functus est in *Germania superiore*. Desiit inter mortales vivere, *Oeniponti* die 8. Maii 1675. Edidit Latine, quæ sequuntur:

I. *Idea Atlantis Mariani, de Imaginibus miraculosis B. V. Mariæ*, in 12. *Tridenti*, apud *Carolus Zannotum*. 1655. Hęc Opusculũ prælusit majoribus Operibus, mox memorandis, petens simul à *Sociis*, ut, quibus possent, auxiliis ac documentis, per singulas *Provincias*, conantem se adjuvarent.

II. *Atlantis Mariani de Imaginibus miraculosis B. V. per orbem christianum*; cum figuris illarum æri incisus, *Libri IV.* Edidit hunc *Noster* auctoritate *Goswini Nickel* Præpositi generalis, à quo pluribus epistolis ad cœptum Opus prosequendum animatus vehementer fuit: consilio *Christophori Schorer* Assistentis Germaniæ: amplissimis plurimorum e *Societate*, quorum longum textus ex ordine *Catalogum* in *Libro quarto*, collatis symbolis adjunctus. De reliquo *Atlas* præsens tanquam prodromus

mus majoris, qui postea prodiit, suspici debet; nam cum nondum *Lusitania*, nondum *Hispania*, nondum *Gallia* subsidia sua submisissent, placuit *Nostro*, haud diutius premere, quæ parata habebat, sed eadem, ut orbis Mariophili curiositatem satia- ret, minori forma in lucem præmittere. Exiit autem præsens *Atlas* in 12. et *Latine* et *Germanice*: tanta aviditate exceptus, ut jam anno 1657. *Editio III.* *Monachii* adornari debuerit, postea anno 1659. repetita. Vix credas, quæ ipse in *Præfat.* ad *Libr. III.* de rapiditate distractionis Exemplarium affirmat: *Expertus sane sum, non ingratum fuisse laborem meum; quando sesqui anni spatio è novem pene milibus exemplorum, sex omnino millia in omnes Europæ provincias centuriatim penetrarunt. Successit tandem*

*III. Atlas Marianus, quo B. Virginis Mariæ Imaginum miraculosarum origines, duodecim centuriis Historiarum, explicantur.* Duobus Tomis, in fol. *Monachii*, typis Ioannis Iæcklini. 1572. *Latine*. Sæpius excusus fuit.

Idem *Germanice* traductus, sæpiusque profusus.

*IV. Iesus Vir dolorum, Mariæ Matris dolorosæ filius.* *Latine.* *Monachii*, typis Sebast. Rauch. 1672. in 4. Opus, in quod Auctor multorum annorum longas & bene ruminatas cogitationes suas brevibus verbis coarctasse se, testatur.

*Italice* edidit sub nomine Rodulphi Grimming.

*V. Sexdecim Peregrinationes per 365. Ecclesias Romæ.* *Ibidem* per Ægidium Ghezzi. 1665. in 8.

SCHELLENBERG (*Henricus*). Vide infra sub locò.

SCHELLENBERG (*Io. Baptista*) Vide infra sub locò.

HAIDELBERGER (*Georgius*) quem pagus Sueviæ *Sipplinga* ad Lacum *Acronianum*, Diocesis *Constantiensis*, mundo dedit anno 1621. ad diem 9. Martii: gremiò sub *Societas Iesu* anno 1640. excepit. In ea constitutus *Grammaticam* annis *tribus*: *Philosophiam* annis *sex* docuit: Huius Professore in *Academia Ingolstadiensi* eum ad annum 1654. nominat *Io. Nepom. MEDERER* in *Annal. dictæ Academiae. T. II. p. 336.* Concionatorem vero egit annis 25. Cathedram summi Templi *Augustæ* conscendit anno 1664. tenuitque in annum 1678.

Vir erat acris præservidique ingenii: atque eximia dicendi vi præditus, quam in sacris suggestibus impigre exercuit, tum ut errores Catholicorum refutaret, tum ut populi christiani mores in melius corrigeret poliretque; unde etiam merito inter præstantiores ævi sui Oratores numeratus est. Rei huius testimonium satis idoneum perhibet *Franciscus PROCH* SS. Theologiæ Doctor, Canonicus summæ *Ædis*, *Nostro* synchronus, & ipse pomeridiani Concionatoris in cathedrali Ecclesia officio perfunctus (a), dum de *Nostro* in sequentia verba scripsit: *Eadem Dominica XIX. post Pentecosten, i. e. die 9. Octobris* anno 1678.

R.

(a) V. Eius *Descriptionem MSStam, seu Narrationem historicam de fundatione pomeridiani Concionatoris in cathedrali Ecclesia Augustana &c.*

*R. P. Georgius Haidelberger* disertissimus Conciator, et cui similem in Societate hactenus non iudivi, *frequentissimæ concioni valedixit et lacrymas xpressit, Elvacum abiturus, ut ibidem Celsissimi & Reverendissimi Principis ac Præpositi Confessarium igeret, & non nihil respiraret; postquam annos 14. x cathedra (scilicet Augustana) desudbrat.*

Præterea *Elvaci*, quò eum abiisse audivimus, Residentiam *Societatis* (Nòndum enim ad Collegii lignitatem emerferat) quà *Superior* rexit, eidem tiam muneri immortalis. Namque altero ante bitum mense apoplecticum symptoma sub prandii empus linguæ eius memoriæque usum ita interepit, ut animi sui sensibus haud amplius, prout olebat, exprimendis par esset: Subin hydropis umor inferiores corporis partes inundare cœpit, ensimque augescens unà cum defluxionibus, in ræcordia subsidentibus, Virum benemeritissimum onfecit; qui sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis rite nunitus, inter insignes virtutum actus, post bre-em luctam pie placideque in Domino obdormivit lie ultima Decembris, anno 1683. circa horam indecimam nocturnam.

Luctu publico mortem Civitas profecuta est, k ante omnes ipse Princeps et Præpositus celsissimus; qui, ut palam testaretur, quanti defunctum ecisset, clementissime voluit (operam etiam suam onferente Reverendissimo Capitulo) ut solenniore ompa, cuius ipsemet comes esset, ex Residentia xportatum funus in ambitu Ecclesiæ Collegiatæ umulo inferretur; qua occasione utens idem Celsissimus piis mortui manibus in eadem Collegiata acrificio publico parentavit. Hinc neutiquam mi-



ror, insigni quoque Epitaphiô (b) ad posteritatis  
memoriam cohonestatum eundem fuisse :

HIC IACET ET TACET  
ELOQUENTISSIMUS  
SACRIS IN ROSTRIS ECCLESIASTES :  
R. P. GEORGIUS HAIDELBERGER SOC. JESU :  
RESIDENTIAE ELVACENSIS  
SUPERIOR :  
EXIMIUS QUONDAM IN DIVUM MERITA  
ENCOMIASTES :  
TREMENDUS IN HOMINUM VITIA  
BOANERGES :  
LUCRANDARUM ANIMARUM PERFERVIDUS  
ZELOTES :  
VERÆ PORRO FIDEI  
SOLIDISSIMUS PROPUGNATOR :  
FALSÆ  
QUA VIVÆ VOCIS, QUA INDEFESSI CALAMI ORACULO  
ACERRIMUS IMPUGNATOR :  
GENUINUS PROINDE SOCIETATIS FILIUS :  
DIGNUS SUPERNE HABITUS,  
QUI TAM IN PROFESTO, QUAM NOMINE  
JESU CIRCUMCISI .  
EFFLARET ANIMAM.  
ANNO M. DC. LXXXIII.  
ÆTATIS LXIII.  
RELIGIONIS XLIII.  
REQUIESCAT IN PACE. AMEN.

Apte, puto, ex præmissis Epitaphio de Vir-  
tutibus Nostri conjicere nobis licet ; ita quidem,  
ut,

(b) Exhibet istud *Corbin. Khammuis in Hierarch. August. Anuario*, P. I. p. 215. quem ibidem confule, si placet, etiam p. 169.

ut, quæ de iisdem (nominatim de singulari orationis studio, de profunda humilitate, quâ Vir tam naturæ quam gratiæ donis plurimum spectabilis ne verbulum quidem jactantius de se sibi unquam permisit, aliisque) *Litteræ annuæ Elvacenses MSSæ* addunt, facile à me præteriri, transitumque ad Scripta eius enumeranda impune fieri posse existimem. En eorundem Catalogum:

I. *Alte und neue Prædicanten*. in 12. *Frankfurt*. 1647. fors melius 1674. Tribuit *Nostro Martin*. LIPENIUS in *Biblioth. Theolog. T. I. p. 454*.

II. *Georgius Anti-Lani wider Geörgium Lani: d. i. Römisch-Catholische Widerlegung eines Unkatholischen, der hohen Justiz aus Handen entloffenen, in einer jüngsthin A. 1675. ausgesprängten Lästerscharten Georgius Lani (c) benamseten*. in 4. *Dillingen*. 1676.

III. *Aufrichtige Erörterung eines sogenannten aufrichtigen Bedenken über ein jüngsthin in den Druck gegebenen Tractat: Georgius Anti-Lanius genant; wider einen verstellten Sigismundum Freymuth vorgenommen*. in 4. *Ingolstadt*. 1677. <sub>4</sub>

IV. *Hofmannus seminiverbius (d) das ist: Der leere Schwätzer und Wortmacher Casparus Hofmannus wegen . . . unter dem Titel: Der ärgerliche Theologus &c. dem P. Haidelberger angedichteten Catumnien*. in 4. *Augsburg*. 1677.

C 4

V.

(c) *Lani fata & scripta recenset* *Christ. Gottl. Iöcher* in *Gelehrten-Lexicon*.

(d) *De Hofmanno & Scriptis eius adversus Nosstrum vide* *mox citatum Iöcherum*.

V. *Lutherischer Paralell - Catechismus: Antidorum oder Gegenschankung auf Io. Fridr. Mayers (e) Leisnikerischen Superintendenten neue Jahrgabe auf das Jahr 1676. so er den Papiistischen Catechismus benamset. in 4. Augspurg. 1679. Hoc Opus dedicavit Noster Francisco Ioachimo Fuggero Comiti in Kirchberg &c.*

VI. *Vergewißte Ungewißheit Lutherischer Rechtfertigung und Seligkeit, aus Gelegenheit eines jüngsthin von H. Magister Io. Adam Wendt Sulzbachischen Pastor, zu Onolzbach in Druck gefertigten Werkleins. in 8. Ellwang. 1680. Sacravit Noster Ioanni Wilhelmo Comiti de Oeting &c.*

VII. *Posteriora pejora prioribus: d. i. Immerzu übler gegründetes Lutherthum; auch vergeblich gesuchte, je länger je weniger findliche, Gewißheit Lutherischer Rechtfertigung und Seligkeit; wider das sogenannte Vestgegründete Lutherthum des H. Gottfried Hündeln Onolzbachischen Superintendenten &c. in 8. Ellwangen. 1682. Dicavit Liborio Christiano Baroni de Sparr &c. Equiti Ordinis Teutonici.*

In Scriptis autem suis polemicis eo usus est Noster more, ut dicta adversarii ex una, ex adversa dein parte sua poneret; quò veritas citius clariusque elucesceret. Hinc vix fero ineptum Chr G. IOECHERI (in *Gelehrten-Lexicon*) iudicium, qui postquam nonnulla *Nostri* commemoraverat, addit: alia plura *calumniosa* & polemica Scripta eundem edidisse.

VIII. *Concio à Nostro anno 1682. die 16. Iunii habita; quando Io. Christoph. Episcopus Augustanus,*

(e) Vide, si lubet, de *Mayero* allegatum *Iöcherum*, & quos hic citat, Scriptores.

bus, & Io. Christophorus Præpositus Elvacensis, nomine autem RRmi Capituli Elvacensis Henric. Christoph. de Wolframsdorf Decanus primum Lapidem sacrae Aedis in *Schönenberg* prope Elvacum posuerunt: *Eustach. Egolph. de Westernach* autem Episcopus Diocleensis & Suffraganeus Augustanus Missam solenni ritu decantavit. in 4. *Ellwang*. 1682.

**DIRRHAIMER** (*Udalricus*) qui ab anno 1678. usque in annum 1684. in templo cathedrali ante meridiem peroravit. Ejus habetur

*Currus quadrijugus Gloriæ Sanctorum, seu Sermones panegyrici breves de Sanctis.* in fol. *Augustæ*. 1682. Tomi II.

Tomum priorem dicavit *Eleonora Austriacæ, Poloniæ* Reginæ, quæ *Nostrum* de sacro pulpito dicentem sæpius audire dignata fuerat. Tomum posteriorem sacrum esse voluit *Eleonora* Marito, *Carolo V.* Duci *Lotharingæ*. &c.

**RAUSCHER** (*Wolfgangus*) qui primò in Collegiata Ecclesia ad *S. Mauritium* ab anno 1681. ad annum 1684. dixit: postea ab anno 1684. ad annum 1685. in cathedrali templo antemeridiano Concionatoris munus gessit: & typis edidit in fol.

I. *Sermones Dominicales.*

II. — — *Festivales.*

III. — — *Quadragesimales.*

**KNELLINGER** (*Wolfgangus*) qui ab anno 1685. usque ad annum 1688. in summa æde itidem ante meridiem concionatus est. Eius extant vernaculo sermone scriptæ: & pluries ac pluribus voluminibus excusæ

- I. Conciones per *Dominicas & Festa* anni.
- II. — — — per tempus *Quadragesimæ*.
- III. — — — tempore *Belli Turcici* dictæ.
- IV. *Seliger Lebensbeschluß, so zu erhalten durch die schmerzhafteste Betracht - und Verehrung des gekreuzigten Iesu*, in 8, München. 1692.

MÄNDL (*Casparus*) postquam in Universitatibus *Oenipontana*, & *Dillingana* tradendis *Philosophiæ* præceptis sub finem superioris sæculi infudarat, ut ex *Catalogo Opp.* eius inferius exhibendo liquet, demum *Augustam* anno 1707. venit, ut in æde *S. Mauritii* verbum divinum populo exponeret. Inde ad cathedram summi Templi *ibidem* anno 1711. translatus, plurium annorum spatium usque ad 1721. pro concione dixit. Anno 1721. Collegii *Augustani* Soc. Iesu *Ministrum* agere iussus est. Anno autem 1723. *Kaufburam* se contulit, *Superioris & Concionatoris dominicalis* officium curaturus: ubi etiam anno 1728. die 21. Octobris vitam morte commutavit.

Scripta *Nostri* typis publicis excusa reperi hætenus sequentia.

### PHILOSOPHICA.

I. *Speculum physicum contemplandis hominum naturis exhibitum, Præside P. Casparo Mändl S. I. Philosophiæ Professore ordinario in Oenipontana Universitate. Oeniponti. 1688.*

II. *Antiquarium philosophicum, in quo Principum Philosophiæ dicta, facta, & inventa proponuntur. Dillingæ. 1692.*

III. *Emblemata philosophico - moralia. c. fig. in 8. Dillingæ. 1692.*

## ASCETICA &amp; CONCIONATORIA.

IV. *Christliche Sitten-Lehr, und heilsame Anmuthungen über das bittere Leiden und Sterben Iesu Christi: mit angehängter Bethschul, oder Weiß zu betrachten nach Art des H. Ignatius Loyola. in 4. München. 1709. Recusum anno 1737. & 1769.*

V. *Segen des H. Benedictus über die ganze christliche Welt, absonderlich aber über das höchstrühmliche freye Reichsloster bey St. Ulrich und Afra in Augspurg. in 4. 1712.*

VI. *Adlers-Flug aus der Tiefe der Arbeit auf den Libanon der Ehren: oder Leich-Predig auf Io. Casimir Röls Suffraganeum und Vicarium Generalem Augustanum, auch des geistlichen Raths Präsidenten &c. in 4. 1715.*

VII. *Der christlich-katholische Gast bey der himmlischen Mahlzeit, d. i. Nuzlich- und nothwendiger Unterricht, wie sich ein catholischer Christ bey Empfangung des H. Altars-Sacraments verhalten soll. in 8. Augspurg. 1716. Sunt Homiliæ 8. per Octavam SS. Corporis Christi coram Alexandro Sigismundo Episcopo habitæ in Ecclesia cathedrali, dedicate Ernreich Andreæ L. Baroni de Polheimb &c.*

VIII. *Schola Orationis, sive Methodus brevis instituendi Meditationem. in 12. 1722.*

IX. *Christus Dei Filius ad meditandum & imitandum per singulos anni dies propositus. in 12. 1723. iterum 1727. Dicavit Augustino Imhofio, Præposito ad S. Crucem Augustæ, cuius laudes memoravi in Alphabeto II. Biblioth. Augst. p. 72.*

X. *Christliche Wittib, d. i. Trost- und lehrreiche Unterweisungen und Exempel, dadurch eine christliche Wittib in ihrem Wittibstand möge gottselig und*

und vollkommen leben, und glücklich sterben. in 8. 1725.

XI. *Christliche Erinnerungen der vornehmsten Glaubens-Wahrheiten auf alle Sonn- und Feiertäge eingerichtet, mit Einmischung etlicher Fasten-Exempel &c.* Volumina II. 1728. Augspurg. in folio. Vidi quoque recentiorem editionem anni 1737.

### POLEMICA.

XII. *Freundliche, doch für die katholische Glaubens-Wahrheit ernstliche Haimbgarten-Gespräch eines Katholischen und Lutheraners.* in 8. 1710.

XIII. *Hundert vier und vierzig Fabel-Köpfe, welche H. M. Gottfrid Lomer (a) in seinem erdichtetem Irrgarten aufgerichtet &c.* in 8. Augspurg. 1711.

XIV. *Hundert vier und vierzig Spaziergäng neben der Wahrheit, welche bey einer Saurbrunnencur M. Gottfrid Lomer gewagt: P. Caspar Mündl &c. mit katholischer Wahrheit-Feder beschrieben hat, mit hinzugesetzten Anmerkungen über des also genannten und verstellten Horallektor Siegmanns Rettung.* in 8. Dillingen. 1710. iterum 1713.

XV. *Unchristliches Mitleiden M. Gottfrid Lomers mit der katholischen Buß, christlich-katholisch widerlegt.* in 8. Augspurg. 1719.

XVI. *Vierzehn Stück ohne Pulver, welche M. Io. Baptist. Renz (b) Lutherischer Prediger wider einen katholischen Syllogismus aufgeführt: P. Caspar Mündl aber vernaglet, und in den Sumpf der alten Ha-*

(a) De hoc Viro agit Liber: *Ministerium Evangelicum Augustanum.* in 4. c. fig.

(b) *Renzii memoriam agit Liber mox citatus: Ministerium Evangel. Augustan.*

*Hader versenckt hat*, in 8. Augspurg. 1710. iterum 1720.

Confuli poterit Liber : *Unschuldige Nachrichten von theologischen Sachen*. T. X. XIV. XVII.

PICHLER (*Vitus*) *Perckhofensis* Boius, qui jam ante, quam *Societatem Iesu* ingrederetur, sacerdotio suscepto curam animarum exercuerat. Hunc quatuor annorum spatio in *Collegio S. I. Augustano* vixisse, inque Lyceo *Theologiæ polemiciæ* placita tradidisse invenio. Postea in *Academia Dillingana* Ius ecclesiasticum docuit : eiusdemque, anno 1716. in *Academiam Ingolstadiensem* delatus, publicum rursus *Professorem ac Iuris Primarium* usque in annum 1731. egit. Et in *Legum quidem ecclesiasticarum scientia præcipue excelluisse* Nostrum, clarumque inter *Canonistas*, quos vocant, nomen habuisse suo tempore, affirmat *Ioannes Nepomucenus MEDERER* (a) addens : *Quod ipsum multorum, qui Virum noverant, audiivi sermonibus celebrari, et publico Operum ab eo editorum testimonio comprobatum est.* Discedens ex *Academia Ingolstadiana*, venit *Monachium*, *Præfetti studiorum superiorum* munere functurus : ubi etiam anno 1736. die 15. Februarii vitam finiit. Fuit non *SS. Canonum* duntaxat, sed *SS. etiam Theologiæ Doct̃or*. Cetera autem *Nostri* me penitus latent ; si excipias *Opera*, quibus *Rempublicam litterariam* illustravit. Sunt illa sequentia, tum *polemica*, tum *canonica*.

#### P O L E M I C A.

I. *Iter polemicum ad Ecclesiæ catholicæ veritatem, per omnium Infidelium errores evidenter detestans*

(a) In *Annal. Academ. Ingolstad.* T. III. p. 140. 183.



*hos, tanquam per totidem recti traminis demonstrationes, certissime deducens, præeunte naturali lumine institutum &c. in 8. Augustæ Vindel. 1708.*

II. *Examen polemicum super Augustana Confessione, videlicet an sit illa infallibile Fidei Lutherana Symbolum &c. &c. in 8. Editio altera. Augustæ Vindel. 1708. Hoc Examen prodiit etiam Germanice sequenti titulo: Die Augspurgische Confession auf die theologische Wagschaale gelegt &c. in 8. Augspurg. 1730.*

III. *Papatus nunquam errans in proponendis Fidei articulis: h. e. Romanus Pontifex (Iesu Christi in terris Vicarius, D. Petri Successor, universalis Ecclesiæ Pastor & Rector) Iudex Controversiarum ad fidem et mores pertinentium auctoritate summus, potestate maximus, sententiâ infallibilis. in 8. 1709. Augustæ.*

IV. *Lutheranismus constanter errans in primis Fidei principiis, videlicet: in repudiando Verbo Dei non-scripto: in recipiendo & discernendo Verbo Dei scripto: in intelligendo Verbo Dei scripto. in 8. Augustæ. 1709.*

V. *Una et vera Fides contra Libertinos & Indifferentistas partim, partim contra Lutheranos &c. evidenter monstrata: seu Pugna decretoria de vera Christi Ecclesia. Præside P. Vito Pichler S. I. propugnata ... in Lyceo Augustano. in 8. Augustæ. 1710.*

VI. *Theologica polemica particularis: h. e. materias particulares cum Sæculariis modernis ... controversas complectens, & catholicam ubique veritatem facili solidaque methodo commonstrans. in 8. Augustæ. 1711.*

VII.

VII. *Theologia polemica in duas partes divisa: quarum prior generalia Theologiæ controversissicæ fundamenta tradit &c. &c. posterior Materias cum Protestantibus & modernis Sæculariis . . . controversas exhibet. Accedit Examen theologicum super Augustana Confessione, cum huius authentico Textu. Opus in 4. & in 8. sæpissime impressum fuit, etiam aliò titulò præfixò, scilicet *Cursus Theologiæ polemicæ. Editio sexta*, in forma autem octava (ut aiunt) *tertia*, prodivit *Augustæ Vindel.* 1748. Postea exiit editio *Viennensis* in Austria, anno 1755. in 8.*

#### CANONICA.

VIII. *Manipulus Casuum juridicorum selectorum . . . Defendente Gabino Pichler Presbytero & I. V. Studioso (b) Nostri Nepote ex fratre, in 8. Ingolstadii.* 1724. Liber, ex iudicio Facultatis theologicæ, ob Auctoris jam per orbem notam doctrinæ soliditatem, ob multiplici eruditione, succinã brevitate, & singulari claritate conjunctam prælo dignissimus. Confer *Annales Academiae Ingolstadiensis, T. III. p. 169.* 182.

IX. *Summa Iurisprudentia sacræ universæ, sive Ius canonicum secundum quinque Decretalium Gregorii Papæ IX. titulos explicatum &c. &c.* Prodiit Opus avide expectatum, & statim, ac emerfit in lucem, ab omnium Ordinum hominibus communi maximaque approbatione exceptum primò parvis quinque Voluminibus in 8. idque iteratis typis: postea in folio quoque recusum fuit pluries. In hac  
forma

(b) Hic anno 1731. *Iuris utriusque Doctor* creatus: et Parochus in *Möring* factus est, minime indignus patruo suo discipulus.

forma prodiit editio quinta, *Augustæ Vindel.* 1758; ornata Approbationibus *Facultatum theologicarum* juxta ac *juridicarum* *Academix Ingolstadiensis, Friburgensis, & Dillinganæ*; quæ omnes doctrinæ soliditatem, proponendi claritatem, eruditionem ingeniumque Auctoris certatim deprædicant. Hunc partum suum *Noster* dedicavit *Io. Theodoro ex Bavariæ Ducibus, Episcopo Ratisbonensi ac Frisingensi &c.*

X. *Candidatus abbreviatus Jurisprudentiæ sacræ, h. e. Juris Canonici Summa seu Compendium, quod in usum maxime Discipulorum... collegit Auctor ipse... Partes II.* Editio quinta exiit *Augustæ Vindelicorum*, anno 1752. in 8. Post hanc editio *Viennensis* in Austria anno 1756. comparuit. *Maximil. Ferdin. Ignat. de Planck SS. Theol. Doctor &c. &c.* de hoc Opere inter alia sic judicavit: *Tam multa, quæ ad sacræ Jurisprudentiæ notitiam pertinent, tamque breviter pertractat, ut paucis absolvat omnia: tam ordinate ac perspicue, ut vel Tyro facillime possit assequi: tam solide, ut in difficillimis controversiis dubitationi vix locum relinquat &c.* *Franciscus HALDEN* autem sequentibus laudat: *Doctrinam solidissimam probatissimamque cum summa utilitate ita praxi accommodat, ut immensam rerum tractandarum congeriem clarissima simul brevitate contineat; maxima ingenii perspicuitate dilucidet; summa eruditione & singulari prudentia tractet.*

XI. *Ius canonicum præctice explicatum; seu Decisiones Casuum ad singulos Decretalium Gregorix Papæ IX. titulos, & ad consuetum referendi modum accommodatæ.* in 4. 1728. *Ingolstadii.* Iterum in folio, ibidem 1746. Opus novum (ut testatur *Approbatio academica Facultatis theologicæ*) breve iter

per selecta prorsus exempla tenens, ac multiplici eruditione, jucunda rerum varietate, maxima *Decisionum* soliditate, clarissima proponendi methodo Lectorem mirifice delectans, nec minus movens quam docens: dignissimum proin, quod ad Academiæ decus cæteris in orbe celebratissimi Auctoris Operibus adjungatur. Opus (ut habet *Approbatio Facultatis juridicæ*) Casus maxima ingenii felicitate selectos firmissime decidens.

XII. *Opuscula quædam in causa Decimarum Langenmosensium.* in 8. *Ingolstadii.* 1726. Ita *Annales Academ. Ingolstadii.* l. c. habent: Titulum *Theophilus GEORGI (c)* sic effert: *Refutatio Refutationis extrajudicialis: seu justa Defensio Collegii Neoburgensis aduersus Librum Domini L. B. de E in SANDIZEL, in Causa Decimarum Langenmosensium.*

(c) V. *Eius Europæisches Bücher-Lexicon*; ubi tamen in recensendis *Nostri* Operibus multimodis cespitat.

PROBST (*Udalricus*) grande, *Augustana* præsertim in urbe, nomen. Vir fuit plurimæ eruditionis, acuti et inexhausti ingenii, magni probissimique consilii, oris aurei, famæ singularis, heroi spiritûs, magnæ consummataque virtutis; cuius encomium, ex *Litteris annuis Collegii Augustani* mihi communicatum, antequam apponam, notes velim, Lector benevole! me & ex præsentis, et sequentibus *encomiis* consultò ea omnia refecâsse, quæ ad virtutum, quibus Viri à me memorandi præditi fuerant, commendationem spectant; tum quod hæc talia inesse Personis religiosis, quivis facile det: tum quod eadem ad meum institutum haud proxime attinere visa sint. *Encomium autem Nostri* est sequens:

*Bibl. August. Alph. X.*

D

Na-

Natus in hanc lucem *Landspergæ*, Diœceseos *Augustanæ*, anno 1690. die 6. Martii, ibidemque *Societatem* amplexus est; in qua post Rhetoricæ, Philosophiæ, & Theologiæ studia, insigni cum laude absoluta, quatuor Vota professus est. Litterarum omnium capacissimus; postquam *Logicam* tradidisset per annum, ad *Rhetoricam* se applicuit, quam docuit annis octo, cumque inibi excelleret, Iunioribus quoque *Societatis* ea arte instituendis præfectus est. Porro ad sacrum ambonem promotus, omnem deinceps ætatem in eo munere posuit, solaque in urbe *Augustana* in *S. Mauriti*i æde, in quam anno 1731. venit, duo de viginti annis dixit pro concione undante semper et confertissima, cui Acatolici quoque frequentes, avidique intererant. Nec mirum, maximam affluentis undequaque multitudinis auscultationem, et inhiationem fuisse; ita ut cadere non posset in terram ex omnibus verbis eius Oratoris, cuius ex ore virtus ac facundia loquebatur. Et profecto spiritus perorabat, a cunctis, quæ caro amat, alienissimus; omnis commodi et commoditatis propriæ averruncus inexorabilis; sacris præterea commutationibus formatus assiduitate singulari, ac inflammatus. Quanquam non abs re quis ambigat, an Vir consultissimus, et passim pro oraculo habitus ad animarum directionem plus publicis dictionibus, quam privatis institutionibus profecisse censendus sit. Certe Asceta experientissimus, et Dux conscientiarum dexterrimus æque ac indefessus, ut a plurimis (etiam præcipuæ conditionis) ambiebatur, ita satisfaciebat universis; quin unquam casus quispiam sequior existimationem eius detereret: adeo ut, illi quoque, qui erga nomen *Societatis*

minus

minus æquo erant animo, *P.* tamen *Udalrici* reverentiâ tenerentur, eoque (si urgeret fatale quid) tanquam accito Palladio uterentur... Præterea tempus omne in studia sapientiæ, et pietatis insumpsit, tum in sese perficiendæ, tum in alios porrigendæ: quo utique spectant sacrarum imaginum tot millia, ipso dictante variorum emblematum, schematum, ac toreumatum figuris perbelle, et ad cienda pietatis sensa perquam apposite adornata. Atque hac sancta sua industria id, quod spectabat, vir zelo et charitate plenus, pleræ obtinuit, nimirum artifices catholicos (antea pauperes) amplis divitiis ditatos: Sanctorum vero cultum undequaque splendidius propagatum. Præcipue autem novissimus ingenii partus, Liber (inquam) lectissimis commentationibus animum ad supremum vitæ humanæ actum egregie comparans, quo Author sanctionis doctrinæ suæ thesaurum prodidit, unaque fato suo prælusit, specialem mentionem meretur (a). Quæ enim huiusce lucubrationis præstantia, gustus, et gratia fuerit, inde licet conicere, quod ob emptorum, etiam A catholicorum, copiam post paucas hebdomadas secundis typis recudi debuerit, cumque tricaretur nonnemo, neque edi librum modo hætenus apud nos usitato vellet, res plane a publico tumultu non procul abfuerit, quem cavens ipsemet, qui intercesserat, obex transiliri nempe se passus est. Porro edito in lucem amabili hoc doloris filio, velut suprema manu laboribus suis imposita, sensit Vir iam iam deciduus, malignos humores ad viscera in dies magis affluere; quos cum consumere, vel

D 2

ege-

(a) Hic inter *Nostri* Opera *inferius* tertiò locò memorabitur.

egerere non posset deficiens natura : hacque non cooperante , malum vincere medicina utut diligentissima nequiret ; cumque Deus , et si clientum et amicorum votis , sacris ac precibus ardentissimis sollicitatus , nollet fideli Servo et prudenti diutius mercedem suam differre , ad suprema ventum est : Egit grates Medico summam necessitatem denuntianti Vir grandis animi , sibique præsentissimi , petens quamprimum SS. Sacramentis auxiliisque omnibus agonialibus instrui : iisdemque rite ac solenniter , assistentibus Domesticis , procuratus inter insignia patientiæ exempla , et pietatis ac devotionis luculenta indicia , syderis instar peracto curriculo sensim occidentis , placide piissimeque , ex tympanitide potissimum . plenus ingentium meritorum anno 1748. die 22. Decembris occubuit. Mota occasu Viri , in commune tam splendide boni , tota civitas luctum sumpsit , et , cum iam ægritudinis tempore impensis externorum in dies singulos pro recuperanda Patri optimo valetudine sacrificia complura peracta ; eque pauperum domibus innocentes puerorum ac puellarum turmæ supplicatum ad aras divorum Evergetum missæ sint ; amplius adhuc post eius obitum exarsit affectus. Implevit namque postridie templum *Soc. Iesu* conferta multitudo , largoque fletu et sonoris suspiriis pretioso funeri , maxime cum deferretur ad cryptam , memorabili spectaculo parentavit. Præcipuus tamen in æde sacra *S. Mauriti* defuncto Ecclesiastæ habitus honos est. Decretæ unanimitate Capituli consensu , ac die 30. Decembris celebratæ solennissimæ exequiæ ; exstructum pegma funebre , suspensisque emblematis et multis accensis facibus illustratum ; ornata pullo habitu pretioso

Holo Cathedra; in aris omnibus litatum; stipata subfella Nobilium in veste lugubri catervâ; idemque ritus funebris die altero a *Sodalitate Militum*, eo in Templo congregari solitâ, repetitus.

Iam de Operibus *Nostri* — Horum aliqua, sed pauca, *P. Udalrico* in vivis agente prodivere, quæ sunt:

I. *Inventa, una, pretiosa, margarita*: Margaritha von Cortona ein evangelisches zu *grosser* Freud Christi *gefundenes*; zu *grösserer* Ihrer Ehre *einziges*: zu unserm *grösten* Trost *kostbares* Perlein. in 4. Est Concio panegyrica *Neoburgi* a *Nostro* habita in octiduaana solennitate Canonizationis eius *Sancæ*. 1729.

II. *Der mit allen grossen Heiligen gemeine Belohnung habende, und eben darum ungemaine Heilige ... Bernardus*. Concio panegyrica *Cæsareæ* monasterio *Ord. Cisterciens.* habita. in 4. *Augspurg.* 1733.

Plura, post fata *Nostri*, ex eius Schedis, alio è *Societate Iesu* obfetricante, emerferunt in lucem, ut:

III. *Sittliches Sterben vor dem Sterben, oder Vorbereitung zu einem guten Tod.* in 8. *Partes II.* *Augspurg.* 1749. & annis subsequentibus compluribus. Idem Opus etiam latinum in sermonem verfum prodiit, sub titulo: *Memoria Mortis &c.* 1753. *Augustæ.* Repete, quæ de hoc Opere, in *Vita*, monui.

IV. *Communion - Buch.* in 8. *Partes II.* *Augspurg.* 1751.

V. *Betrachtungen vom allerheiligsten Herzen Iesu.* in 8. *Ibidem.* 1749. 1752.

VI. *Vom letzten Ziel und Ende des Menschen.* in 8. *Ibidem.* 1752.



VII. *Sechs und vierzig neue Arten das Leiden Christi zu betrachten.* in 8. *Ibidem.* 1750. 1752.

VIII. *Geistliche Jahrs-Rechnung.* in 8. *Ibidem.* 1752.

IX. *Gedanken vom Zorne und der Sanftmuth.* in 8. *Ibidem.* 1753.

X. *Heilsame Gedanken von der Keuschheit.* in 8. *Ibidem.* 1754.

XI. *Betrachtungen vom allerheiligsten Sacrament des Altars.* in 8. *Ibidem.* 1754.

XII. *Gedanken von dem Gerichte und der Hölle.* in 8. *Ibidem.* 1754.

XIII. *Heilsame Gedanken von Gott und göttlichen Vollkommenheiten.* in 8. *Ibidem.* 1756.

XIV. *Betrachtungen zu andächtigen Exercitien.* *Partes II.* in 8. *Ibidem.* 1758.

XV. *Heilsame, tröstliche Gedanken über die Sonn- und Festtägliche Evangelien oder Concept-Predigen.* in 8. *Partes II.* 1760.

XVI. *Zelus Sacerdotum, sive Meditationes &c. &c.* Cæterum notes velim, Lector benevole! hos Libros omnes sæpius typis procusos fuisse.

FITTERER (*Iosephus*) qui anno 1749—1750. in æde *S. Mauricii* de cathedra dixit, ediditque

I. *Neue Glaubens-Gespräche von den Religions-Streitigkeiten unserer Zeiten.* in 4. *Augspurg.* 1750.

II. *Gründliche Vertheidigung der christkatholischen Lehre, welche in den neuen Glaubensgesprächen Anno 1750. erklärt: Anno 1761. von H. Philipp Jacob Daler Theologo und Superintendenten im Baden-Durlachischen, wie auch von H Pfaffio Kanzlern der hohen Schule zu Tübingen wider RR, PP.*

PP. Scheffmacher und Seedorf S. I. bestritten: und nun von eben dem Verfasser der Glaubens-Gespräche, P. Iosepho Fitterer S. I. abermal bestätigt worden. &c &c. in 4. Augspurg. 1763.

III. *Ars proficiendi in Conscientia & Scientia. Sodalibus Congregat. major. Academicæ Oenipontanæ oblata.* in 8. Oeniponti. 1738. In prima parte agit de modo proficiendi in virtute: huic inseruit *Elegiam* 108. Versuum à se, dum junior fuit, compositam. In secunda tractat de modo proficiendi in studiis: huic inseruit *Præfationem Academicam, seu Apologiam pro Theologia scholastica*, à se Oeniponti A. 1737. in *Nundinis* recitatam.

HUEBER (*Ferdinandus*) qui anno 1731—1740. in æde Sanctimonialium *ad Stellam* Concionatoris munus gessit, reliquitque complura in *fol. Volumina Germanice scripta*

I. *Concionum sacrarum in Dominicas & Festa anni: item in Festa B. V. Mariæ.*

II. *Exhortationes Marianas, vernaculè, à se, quæ Congregationis Præfide, habitas.* in 4.

PFYFFER (*Franciscus Xaverius*) Vir non solum inter suos notissimus, sed usquequaque magni Oratoris laude, dum vixit, percelebris. Natales non obscuros habuit apud *Lucernates* in *Helvetia*, nobili admodum, prædivite & ampla (ut est inter illos) familia (a) procreatus. Eius ortus, obitusque inde animadversionem tulit; quod uterque in

D 4

eius-

(a) De Gente *Pfyfferorum* plura scire avens adeat *Historiam S. I. Germaniæ superioris, P. I. Decad. IV. Nro. 223. & 245.*

eiusdem festi (Christi nempe à mortuis resurgentis) gloriosam diem incidit. Natus enim *Noster* anno MDCLXXX. die 21. Aprilis, ipsa dominicæ Resurrectionis luce, denatus est eadem Dominica anni MDCCL. die 29. Martii.

Iam à primis annis masculi ingenii, supra æqualium sortem maturefcentis, indicia proferens, ob docilem ac morigeram indolem Majoribus in pretio fuit, tum etiam ob teneram pietatem charus Superis extitit: quod illi satis ostenderunt, dum die quadam cum duobus sociis lacum, quem minus firma glacies tegebat, equò (ut est ætas juvenilis incautior) temere ingressum singulari beneficio à vitæ præsentissimo periculo præservârunt.

Ex eo tempore relicta patriâ *Romam* venit: ubi in *Societatem Iesu* recipi meruit, eiusque *ibidem* tyrociniûm anno M DC XC VI. die 24. Februarii adivit. Probationis bienniò diligentissime exactò, annum unum illi, quâ postea claruit, eloquentiæ perdiscendæ impendit, eò utique operæ pretiò, cuius dein fructus amplissimos consecutus est. Quippe in *Provinciam S. I. Germaniæ superioris* destinatus abdicatis, quæ Primogeniti jure per amplæ ipsum manebant, fortunis, cum post exantlata severiora studia *Societatem* anno MDCCXIII. die 15. Augusti solenni quatuor votorum religione professus esset; statim ad altiorem cathedram promotus est: postquam annis duntaxat tribus *Grammaticam*, uno *Poësin*, & quatuor *Philosophiam* docuisset.

Hâc proin libenter extricatus, reliquo vitæ tempore omni Ecclesiasten egit, ut verbi facundia potentem, ita castigatæ vitæ exemplo conspicuum

cum. Qualem nempe et aula quondam *Heidelbergensis*, & multo diutius Civitas *Augustana* suspexit: qualem tot editæ Orationes polemicæ, aliæque Lucubrationes satis superque loquuntur; quibus Acatholicorum errores acriter & gloriose inter publicos orthodoxi populi plausus, qui exteris etiam in regionibus percrebuerunt, insecutus est.

Et sane dicendi vis illi tam potens, dilucida simul, gravis & mascula adfuit, ut si quid affirmare aut suadere aggrediebatur, id manifeste conficeret. Quem merito tanquam severum in arte Magistrum & sanctioris facundiæ Auctorem gravem vereantur, quotquot crispata phrasi plebem obtundunt, ac inutili verborum dimicatione affectatæ partitionis gloriolam quodammodo sub hasta vendunt. Quamvis vero per annos *duodetriginta* continuos singulis Dominicis Festisque eodem in loco diceret, nunquam pharetrâ exhaustâ ad triarios recurrere opus habuit; sed detritis licet corporis viribus, animo semper vegetus, ingenio semper novus, sacrum suggestum conscendit. Quæ res ut singularem apud omnes admirationem tulit, ita ab ipsis eius hostibus invitæ laudis confessionem extorsit.

Hic autem verbi divini prædicandi zelus, singulari cum demissione animi conjunctus, effecit, ut *Xaverius* noster oblata semel iterumque honorum munia constanter generosèque recusarit: qua re id obtinuit, ut *Roseffium* illum, statim in limine huius *Traditionis* omnis à me laudatum, qui, tanquam Cathedræ *Augustanæ* fulcimentum quoddam, merito commendatur, si minus annorum numero, quos is in dicendi munere quinque et tricenos posuit, regendi tamen vicibus interpola-

tos; at continuati profecto laboris laude sit supergressus.

Quanto in pretio, quanto in amore omnibus *Xaverius* fuerit: quantis idem virtutibus enituerit, jam multis dicendum esset; nisi studiose hæc (quod monui) prætermittens ad suprema eius fata prope-  
randum mihi ducerem.

Fuit autem annus à Virginis partu MDCCL, vitæ postremus *Xaverio*; quò *feria II. majoris hebdomadæ* hemiplexia tactus, linguæ usum amisit, tot annis, tanta cum gloria ac fructu animarum tanto, Dei verbo prædicando addictæ. Sequentibus diebus, cum certiora mortis indicia congruerent, sacra exomologesi expiatus est, divinoque epulo & sacro oleo confortatus. Tandem morbo senioque confectus *Dominicæ Resurrectionis* die sub vesperum paulo ante horam nonam in suorum corona pientissime decessit, cum illo resurrectorum, quem verbo & vitæ exemplo prædicarat: cuius festivæ *Anastasis* luce & posuit vitam & auspiciatus est.

Vixit annos 70. *Cathedram summæ Ædis Augustanæ* conscendit anno 1722. Obiit (ut dictum) anno 1750. die 29, Martii. Extant à *Nostro*, typis excusæ, maximaque *Lectorum* aviditate atque approbatione exceptæ.

1. *Conciones panegyricæ variæ* variis in locis, tum *Augustæ* tum in *vicinia* recitatæ: e. g. 1. Oratio sub titulo: *Die Leiter Jacob, oder der H. Ehr- und Lobwürdige Ursuliner-Orden. Neuburg: 1718.*  
2. Oratio habita in octidua *Solennitate Sæculi II.* ab inventionem *S. Crucis*, quæ *Biberbaci*, pago horarum quatuor circiter spatio ab urbe *Augusta* posito

posito colitur, sub titulo: *Das verworfene, aber eben darum zu Biberbach erhöhte H. Kreutz.* in 4. Augspurg. 1725 3. Oratio habita *Cæsareæ*, monasteriõ Ord. Cisterciens, haud procul *Donauwerd* sito, sub titulo: *Die Herrlichkeit der Kirch groß gemacht von Bernardo.* in 4. Augspurg. 1732. 4. Oratio in octiduana Solennitate Canonizationis S. Ioannis Nepomuceni, sub titulo: *Der redlose, und dannoch beredsamste Prediger des Lichts.* in folio. 5. Oratio funebris in honorem *Alexandri Sigismundi* Episcopi Augustani dicta, sub titulo: *Das kindliche Herz gegen seinen Vatter, und das vätterliche Herz gegen seine Kinder.* in folio. 6. Oratio funebris in *Io. Franciscum* Episcopum Augustanum, sub titulo: *Der Löw ein Schaf, und Hirt der Schafe.* in fol. Augspurg. 1740. 7. Oratio sive *Adhortatio ad Capitulum Augustanum cathedrale de Electione novi Episcopi.* 1740. 8. Oratio eucharistica de Electione Romani Imperatoris *Francisci I.* in 4. Augspurg 1745. *Germanicè.*

II. *Conciones polemicae complures*, quæ primitus separatim Libellis vulgatæ sunt, post *Nostris* mortem verò unq̄ iustæ molis *Volumine* in folio comprehensæ prodiderunt sequenti epigraphe: *Christliche, Apostolisch-Catholische Wahrheiten von einer hohen Dom-Kanzel in Augspurg meistens wider die Lutherische Lehr durch öffentlich gehaltene Predigen standhaft erwiesen &c. &c. Augspurg. 1752.* His Concionibus permixtæ sunt nonnullæ aliæ *Tractationes polemicae*, quibus *Noster M. Gottfridum LOMERUM, M. Martinum CHRISTELLUM (b) Ministros Verbi*  
*Au-*

(b) De *Lomero & Christello* videat, cui placet, *Librum: Ministerium evangelicum.*

*Augustæ*, dein *Ioannem* ROEHMUM Ministrum *Francofurti* et alios confutavit. Habentur *ibidem* etiam *Conciones VIII, morales de Missæ Sacrificio*, per Octavam Festi *Corporis Christi* in cathedrali Ecclesia habitæ, prius separatim minorî formâ excusæ anno 1737.

Vide, si lubet, Librum: *Unschuldige Nachrichten von theologischen Sachen*, T. 35. 47. 48. 49.

GOEZENBERGER (*Franciscus Borgia*) *Neoburgi Palatinatûs* urbe, ad *Danubium* sita, anno 1709. die 9. Octobris primam lucem aspexit: qui cum adolevisset, *Societatem Iesu* anno 1725. die 13. Septembris ingressus est: professus autem antem anno 1743. die 2. Februarii. In eadem hinc *Societate* auditæ Philosophiæ ac Theologiæ specimina præbuit publica & præclarissima. *Grammaticam* trienniû, biennio *Poesin*, *Eloquentiam* anno uno docuit, omni & docentis & discipulorum cum commendatione. *Philosophiam* quadrienniû tradidit, ad veteris dignitatem & recentioris delicias accommodatam, utriusque pridem ac funditus gnarus. Subinde *Theologicam polemicam* anno uno, altero *moralem* docuit, *scholasticæ* pariter, quam, ex Professorum iudiciû, nullo fere negotio perdidit, non docendæ modo sed ubivis illustrandæ idoneus. Adeo ingenio valuit felicissimo & inter ævi huius promptissima jure numerando, ut cui rem designasse idem erat, ac confecisse. *Matheos* porro omnis eam sibi comparavit scientiam, ut si (quod cupiebat unice) *Sinas* attigisset, haud ex vano multorum augurio alterum Imperio illi *Keglerum* (a) dedisset.

Nec

(a) *P. Ignatius Keglerus* insignis è *Societate Mathematica*.

Nec linguâ magis aut calamô, quam manu promptus fuit; cuius dexteritate singulari prædixit horologia, tubos opticos, globos versatiles, & id genus mille alia ex artis elegantia elaboravit; quô laborum genere id & temporis & industriæ compendium fecit, ut, cum loqueretur etiam ut cogitaret alia, alia semper ageret: nec tam colloquentes quam otium falleret maximopere inimicis sibi. Quin etiam dicere licet, complurium ingeniarum peritiam eidem velut per otium adæfuisse.

Denique omnes amoeniorum Musarum delicias, & politioris, quâ impensè delectabatur, literaturæ fontes non exhausit modo (b), sed junioribus præcipue Religiosis hauriendos profuse ræbuit, omnis iuxta *Humanitatis* Magister, ac Magistrorum Instructor. Inter alia Poeticæ artis sculenta reliquit monumenta, quibus et latinum poetam effingeret, & vernaculos castigaret Poëtas.

Tantæ ingenii felicitati accessit mira facilitas ad idolis optimæ, pie hilaris, mansuetissimæ, ad omnium animos & horarum omnium obsequia compositæ, quæ nativæ cuidam suadæ conjuncta omnium accedentium animos rapiebat.

Tot tantaque naturæ & artis decora multum operavit ecclesiastica, quâ *Noster* valuit, eloquentia; namque in sacrum sublimatus suggestum, *Mozschii* tres annos, totidemque *Augustæ*, quô ire à Superioribus iussus fuerat, a mensè Aprili anni 1750.

in

cus fuit, cuius ingenii monumenta habentur in Libro: *Scientia Eclipsium. ex Imperio & Commercio Sinarum illustrata.* in 4. c. fig. Romæ. 1747.

2) De hoc vide infra in *Catalogo Opp. Nostri*, N. VIII.



in vitæ finem usque ad concionem ita dixit, ut præclarissimi Oratoris fama atque existimatio in ore et animis Auditorum diu post superna eius fata perstiterit, nostraque etiamnum ætate perstet.

At hæc præludia duntaxat fuerunt uberrimæ ex tanto ingenii et ætatis flore conceptæ spei, quam, heu! præmatura mors totam subvertit; dum *Nostrum* anno 1753. die 2. Februarii sustulit, annò ætatis 44. hydrope extinctum, quantam cœlo animam, tantas tumulo spes non sine communi bonorum luctu inferentem.

Hæc de Vita Dotibusque *Nostris* ex *Historiæ MSSæ Collegii Augustani*, quæ subin ad Virtutes eiusdem delabens, speciatim prædicare non omittit zelum gloriæ Dei & animarum, charitatem in omnes, eximiam sui demissionem, obedientiam erga Superiores, laudis humanæ contemptum, orationis et mortificationis studium, aliæque, quæ ego brevibus attigisse satis habeo, ad ingenii, à *Nostris* relicta, monimenta enarranda properans. Sunt illa autem:

I. *Lutherische Kirch, und Lehr von der Kirch, mit der gefunden Vernunft nicht übereinstimmend.* in 4. *Augsburg.* 1750. Est Concio polemica *seriâ tertiâ Pentecostes* in æde cathedrali habita.

II. *Der Tag der Erlösung aus einer Babelischen Verwirrung.* 4. *Augsburg.* 1750. Concio polemica in *festo S. Hilarie* recitata.

III. *Römisch-catholischer päpstlicher Ablass wider die Lutherische Einwürfe vertheidiget.* in 4. *Augsburg.* 1751. Sunt Conciones quatuor de Indulgentiis, quarum *quarta* de *Iubilæo* agit, adversus

as *Philipp. Jacob. SPENERUM* electoralis Branden-  
urgici Consistorii Consiliarium & Præpositum Be-  
rolinensem: cuius *Librum contra Indulgentias* sub  
nem sæculi superioris impressum & jam obli-  
vioni datum nescio quis *Francofurti & Lipsiæ* ite-  
rat typis anno 1750. recoxerat.

IV. *Catholische Anmerkungen über eine Schrift*  
*Georg. Fabricii, Professors bey der Academie zu*  
*Ierborn, deren Titel ist: Der geplünderte Iesuiter-*  
*bote. in 4. Augspurg. 1752. Georgius Fabricius,*  
ostquam à sacris Romanis defecerat, nonnulla ad-  
versus Ecclesiam Romanam edidit, speciatim ad-  
versus Miracula S. Francisci Xaverii, ob id confu-  
tatus à *P. Philippo Cordier S. I.* Confutationi eius  
pposuit *Fabricius* libellum supra memoratum:  
*Der geplünderte Iesuiter-Bote*; in quem subin *Noster*  
ictas *Annotationes* (Anmerkungen) publicavit.

V. *Abgenöthigte Ehren-Rettung wider eine von*  
*Jöttingen in öffentlichen Zeitungen ausgeflogene*  
*hrenrührische Schrift, durch welche die historische*  
*schulbüchlein der oberdeutschen Provinz der Ge-*  
*llschaft Iesu ohne Grund und Ursach angetastet*  
*werden. in 4. Augspurg. 1752.*

VI. *Gegen-Antwort auf eine Antwort des H.*  
*Jöttinger-Zeitungs-Schreiber, die Vertheidigung der*  
*istorischen Schulbüchlein &c. betreffend. in 4.*  
*Augspurg. 1752.*

VII. *Die in drey wichtigen Punkten catholisch ge-*  
*ordnete H. H. Lutheraner von Augspurg. in 4.*  
*Augspurg. 1752.*

VIII. *Carmina* quædam, ex multis paucula,  
uæ æquior fortuna superesse permisit, notæ  
ptimæ: quæ *Car. MICHAELER* inferenda meritò  
judi-

judicavit *Collektioni Poetarum elegiacorum, silo & sapore Catulliano scribentium.* in 8. *Viennæ.* 1784.

LEONARDELLI (*Bonaventura*) Vir per *triginta* propemodum annos de Lyceo *Augustano*, & Collegio *Societatis Iesu*, dum et illius in *studiis*, & huius in *Spiritu* Præfectum ageret, quam optime meritus. Natus is est *Tridenti* in Tyroli (a) anno prioris sæculi *tertio septuagesimo* die 20. Aprilis: *Societatem* ingressus anno eiusdem sæculi supra *nonagesimum octavo*, die 7. Septembris, iam Philosophus absolutus. In ea *Theologiam* didicit annis *quatuor*: *totidem* docuit *Grammaticam*: *Philosophiam septem*: *Theologiam moralem septem*: *scholasticam quatuor*; utriusque *Doct̃or* Facultatis. Ultima quatuor Vota Professorum edidit anno labentis sæculi *tertio decimo*, die 2. Februarii. *Ministrum* Rectoris egit anno uno: *Præfectum Spiritus* annos viginti novem: per aliquod tempus etiam *Confessarium Sermi & RRmi S. R. I. Principis & Episcopi Augustani, Iosephi*, ex Landgraviis *Hafsiæ*. Sacerdos dein octogenario maior & lubi-læus.

Vir erat antiqui candoris, omnis expers fuci, insigniter religiosus, sibi durus, inter ægritudinum vicissitudines patientissimus, humillimus et sui negligens, insigniter doctus, prout demonstrant Tractatus plures, quos edidit, ab omnibus meritò summe æstimati... Vivis excessit anno Christi MDCCLVII. (b) vitæ 84.

Ab

(a) In *Annalibus Academiæ Ingolstadiensis* à Io. Nepom. MEDERER editis *Tom. III. pag. 132.* ad annum 1713. in memorata *Academia* Logices Professor *Noster* dicitur, patriæque *Pietanus* Tyrolensis asseritur.

(b) Hæc ex Symbolis mihi communicatis narro.

Ab eo extant sequentia doctrinæ monumenta  
ypis procusa:

I. *Institutio practica Ordinandorum. 8. Tridenti  
730.*

II. *Confessio & Communio examini theologico  
ibjecta. 8. Augustæ. 1730.*

III. *Religiosus per geminam sacram Recollectio-  
em triduanam interius exteriusque reformatus. 8.  
Augustæ. 1745. Germanice etiam prodiit ibidem.  
771. in 8.*

IV. *Decisiones practica Casuum Conscientiæ se-  
ctorum, in praxi & foro interno quotidie occurren-  
tum. Pars. I. 4to. Augustæ & Herbipoli. 1747.  
ditio Ilda. Dedicatio à Nostro dirigitur ad Io-  
annem Adamum NIEBERLEIN, SS. Theol. Docto-  
rem Episcopum Diocensem, Suffraganeum Eystet-  
ensem &c. &c.*

V. *Decisiones practica Casuum Conscientiæ se-  
ctorum, in praxi & foro interno quotidie occurren-  
tum. Pars II. Augustæ 1739. Dedicavit hoc Vo-  
lumen Noster IOSEPHO ex Landgraviis Hassiæ,  
Episcopo Augustano.*

VI. *Septem Gratiarum Rivi ex fonte vitæ jugi-  
ter emanantes, seu septem Sacramenta, à Christo  
Domino instituta, per Quæstiones & Casus practi-  
cos propofita. &c. 4to. Augustæ. 1745.*

SCHWARZ (Ignatius). Viri huius præcellen-  
te ingenio, doctrina maxima præditi, qui ulti-  
ma vitæ tempora Augustæ transegit, *ibidemque*  
liem supremum clausit, laudes scripturus, *Lit-  
teras annuas Collegii Augustani* per apographum  
nihil humanissime communicatas, tum etiam *An-  
uales Academia Ingolstadiensis à Io. Nep. MEDERER*  
*Bibl. August. Alph. X. E . . . . . edi-*

editos, ceu duces verissimos, sequendos mihi ducō;  
Itaque ad rem —

*Ignatium* SCHWARZ *Mückhusium*, *Sueviæ* pagus, Dioëcesis *Augustanæ*, orbi anno 1690. dedit. Is *Societatem Iesu* anno 1707. ad diem 7. Septembris ingressus, in ea Philosophiam tribus annis didicit: quo illicò tempore præclari ingenii specimen disputatis anno 1712. in Universitate *Ingolstadiana* publice Thesibus (a) edidit, jam tum insignibus, quibus et illam Academiam et omnem rem litterariam postea sibi devinxit, meritis quasi præludens. Posthæc theologica præcepta quatuor annorum spatîo imbibit.

Ad docendum admotus *Grammaticam* duobus, *Poësin* uno, *Philosophiam* quatuor annis tradidit. Subin exacto *tertiæ probationis* anno, solenni *quatuor Votorum* sacramento edito in perpetuum *Societati* se mancipavit anno 1725. Quò factò in *Academiam Ingolstadianam* anno 1726. denuo ire iussus, ibi *Ethicam*, mox etiam *Historiam* (et hanc quidem XIV. adeo annis) docuit: Munia autem *Societatis* capeffere iussus, *Ministrum Rectoris* anno uno, *Rectorem* ultra viginti annos egit.

Excellentem Viri virtutem et vastissimam in omni litterarum genere eruditibnem nemo fuit, qui perspectam non habuerit. Et scientiæ quidem perenne monumentum tum ad sui nominis famam, tum ad rei litterariæ proventum maximum, *Ingolstadii* posuit. Videns namque celeberrimæ illi *Academix* deesse aliquid (quo sine carere nævo, imo quo sine nec doceri scientiæ reliquæ solidè, neque addisci fatis feliciter possent) eruditionem vide-

(a) Vide *Annales. Academ. Ingolstadii. T. III. p. 130.*

videlicet historicam; eandem ut induceret, nihil non molitus est Vir communis boni studiosissimus, nec destitit prius; quam erecta noviter cathedra *Historia* in illo Athenæo publice doceretur.

Quod ipsum qua ratione evenerit, *Annales eius Academiae T. III. p. 175.* sequentibus docent: „*Serenissimus Dux* CAROLUS ALBERTUS cum et ipse, „præter alias omnes ingenuas artes atque scientias, eruditione in primis historica esset instructus, „ut ingentia illa volumina testantur, quæ ad Eius „usum a *Theodoro Schmackers* conscripta hodie „in *Bibliotheca Collegii Albertini* asservantur: et aliarum regionum, *Italiæ, Galliæ &c.* quas peregrinando obiverat, exemplis didicisset, quantum „momenti in *scientia historica* positum esset ad rel „totius literariæ incrementum, sexta Novembris, „anni 1726. edito speciali Decreto Universitati „insinuavit: intentionem suam esse, ut, bono studiosæ juventutis atque emolumento Academiae, „*Historia universalis* traderetur; jamque monitum „esse Provinciale *Societatis Iesu* Provinciae *Bavaricæ*, ut Virum idoneum denominet, qui una cum „*Ethica* simul *Historiam* publice tradat; atque hanc „quidem principaliter, illam ex re nata, bis in „Lectioibus publicis, diebus Lunæ ac Veneris; „bis in Collegiis privatis, diebus Mercurii ac „Sabbati: Hanc suam voluntatem affixo ad valvas „Universitatis programme publicandam esse; animandosque omnes (exceptis Logicis) Academicos, præcipue Iurium studiosos, ad huiusmodi „Collegia, facta speciali mentione in testimoniis „publicis, quem quis profectum hoc in studio fecisset. Hæc decreti Electoralis summa. Novus „Professor constitutus *Ignatius Schwarz*, jamque

„sub medium Octobrem Universitati inscriptus est;  
 „quamvis variis impeditus obstaculis suam con-  
 „scendere cathedram usque ad Martium mensem  
 „sequentis anni non potuerit.“

Quàm in hac nova palæstra egregie decerta-  
 rit Noster: quàm præstantibus ingenii partibus  
 novam sibi commissam cathedram illustrârît, in-  
 signe rursus testimonium perhibent citati *Annales*,  
*ad annum 1727.* monentes: „Sub extremum de-  
 „nique Februarium præcipua difficultas submota  
 „est, quæ hæctenus novum *Professorem Historia-*  
*rum* ab habendis lectionibus ac Collegiis impe-  
 „dierat. Scilicet, cum de hora prima pomeridia-  
 „na disceptatio esset inter *Professorem Digestorum*  
 „atque *Historiæ*, decreto Electorali, dato die 19.  
 „Febr. sancitum est, ut *Digesta* ab hora secunda  
 „ad tertiam, *Historiæ* ab hora prima ad secun-  
 „dam traderentur. Igitur tertia die Martii affi-  
 „xum est ad valvas Universitatis Decretum cle-  
 „mentissimum superioris anni, et a prandio eius  
 „diei *Ignatius Schwarz* solenne principium fecit. In  
 „prima lectione, quam tertio post die habuit,  
 „comparuere multo plures quam centum Audito-  
 „res; ad Collegium autem privatum, quod in stu-  
 „ba Canonistarum instituit, tanto numero conflu-  
 „xere, non Physici tantum ac Metaphysici, qui ad  
 „studium istud obligabantur, sed Iurium etiam ac  
 „Theologiæ studiosi, ut locus omnes non ca-  
 „peret.“

Et ad annum 1728. sequentia de *Nostro Anna-*  
*les* iidem tradunt. „Denique et novus *Historia-*  
*rum* Professor *Schwarzius* cœpit hoc anno emissis  
 „in publicam lucem scriptis suam cathedram illu-  
 „stra-

„strare ; edidit enim suas *Institutiones historicas*,  
 „quæ scilicet methodicam discendæ Historiæ ratio-  
 „nem continerent, ac simul majori, quod jam tum  
 „meditabatur, historico Operi præluderent.“

Ad annum deinde 1729. hæc memorant:  
 „Historiarum Professor *Schwarzius* primam hoc  
 „anno instituit publicam Disputationem, sane glo-  
 „riofam, quippe sub auspiciis Serenissimi ac Po-  
 „tentissimi Principis ac Domini *Caroli Alberti* Ele-  
 „ctoris &c. *Historiæ Ingolstadiensis* Auctoris et Fau-  
 „toris clementissimi, (Respondentis personam su-  
 „stinente *Ioanne Philippo Annichio*, Wolfertshufa-  
 „no Bojo, SS. Theologiæ, Iuris utriusque, nec  
 „non Historiæ ac Politicæ studiofo) ediditque ty-  
 „pis publicis *Academiam Anglipolitanam ad nostri*  
 „*sæculi splendorem novo Historiæ lumine illustratam*,  
 „i. e. *Panegyrim dedicatorem Serenissimo Historiæ*  
 „*Fundatori oblatam*. Huic subjecit *Theses* omnino  
 „trecentas ex Historiæ Prolegomenis, ex Historia  
 „sacra antiqua, ex Historia profana antiqua seu  
 „quatuor Monarchiarum, ex Historia nova Impe-  
 „rii Romano-Germanici, ex Historia ecclesiastica  
 „&c. depromptas, plerasque Scriptoribus protestan-  
 „ticis oppositas, atque omnes rigide catholicas ;  
 „quas ille die 14. Iunii cum summa sui commen-  
 „datione propugnavit.“

Annum quoque 1733. novo certamine Acade-  
 „mico insigniendum duxit *Noster*, de quo sæpius  
 „laudati *Annales*, T. III. p. 189. hæc habent.  
 „Studium historicum sub *Schwarzio* Professore  
 „vigorem splendoremque suum hactenus quidem  
 „insigniter conservavit. Ex nobilium iterum nu-  
 „mero illustris athleta *Franc. Xav. L. B. ab Egger*



„publicam ex Historia universali concertationem  
 „subiit, proposito Libro, cui titulus: *Princeps*  
 „*Imperii Ecclesiasticus &c.* quem Reverendiss. ac  
 „Sereniss. *Theodoro Ioanni* Episcopo Frisingensi de-  
 „dicavit. Nomine Serenissimi argumentum hono-  
 „rarium proposuit *Neffius*, eiusdem scilicet Medi-  
 „cus cubicularius.“

Sic Noster studium historicum ad summum  
 splendorem perducere feliciter conatus est usque  
 ad annum 1740. quod honorificis *Societatis* officiis  
 obeundis (ut supra monui) destinatus fuit. Hinc  
 ad memoratum annum 1740. *Annales* sæpe dictæ  
*Academix* monent; „A docendi munere simul  
 „et ab hac Universitate discessit in autumnno huius  
 „anni *Ignatius Schwarz*, qui continuos quindecim  
 „annos in una hujate Schola consumpsit,  
 „et cathedram historicam, primus historiarum Pro-  
 „fessor, insigniter collustravit. Præterquam enim,  
 „quod numerosissimum ad suas Prælectiones attra-  
 „xerit auditorem, ac nobilissimos non semel pug-  
 „les in publicis solennibusque disputationibus pro-  
 „duxerit; Libros etiam complures in publicam  
 „lucem evulgavit omni eruditione plenissimos.  
 „Prodiere plerique typis academicis...“ Sed  
 de his postea agetur.

Et profecto *Iconismus* elegantissimus, quem  
 cum *Positionibus historicis* æri curavit incidi, ex-  
 cellens Viri ingenium, rerumque historicarum pe-  
 ritiam admirabilem luculentissime demonstrat. At-  
 que huc refer, quæ *inferius* in *Catalogo Opp. Nostri*,  
*N. IV.* dicentur. Concinnant *Annales Academ. In-*  
*golstad. T. III. p. 183.* ubi legere est: „Præter  
 „elegantissimum *Iconismus* propositus est in *Dispu-*  
*tatione*

„tatione Libellus: *Effigies Historiæ Bavaræ &c.* à „Præsidente *Ignatio Schwarzio* erudite conscriptus, & „ad pernoscendum *Bavariæ* statum inprimis oppor- „tunus.“ Certe hic, aliique Libri complures, ut Auctori suo famam immortalem pepererunt, ita *Societatis* apud Eruditos existimationi pondus ingens et incrementum addidere. Neque domesticorum duntaxat de *Ignatii* nostri lucubrationibus iudicium hoc fuit; exteri etiam et (quod mirère) Galli ac Itali, quibus raro placet, quod Germano prognatum est cerebro, eosdem libellos iterato prælo subiici atque in lucem edi curarunt. (b)

At non in hoc solum severiore scribendi genere excelluit Vir præstantissimus; sed amoeniores quoque disciplinas rarissimo vinculo ita coniunctas habuit, ut, magisne in his, an in illis triumpharet, prope dubium relinqueret. Certe cum Regimini admotus, Musis iam Scholisque penitus valedixisse videretur, Vir quinquagenario maior, tum *Solodorani Collegii* Rector, exemplo vix unquam viso, choragum egit, ac honoribus Illustrissimi *Oratoris Gallici* Drama adornavit, a Nobilissimo Spectatore maximis laudibus celebratum.

Nec minora in *Ignatio* fuere eximie virtutis decora, quæ enumerare omittens ad obitum eius pergo. Incidit is in annum 1763. diemque Octobris vigesimam nonam, quo *Noster*, nihil ardentius frequentiusque, quam *dissolvi et esse cum Christo*, suspirans, *Augustæ* naturæ debitum solvit; postquam

E 4

quam

(b) Sic e. g. *Nostri Institutiones Iuris universalis Naturæ et Gentium* anno 1761. in 4to. duobus Tomis, *Venetis* prodierunt &c.

quam ultimò vitæ annò, quo *Templi* curam gessit, variis infirmitatibus conflictatus fuerat.

Libri, quos eruditus Noster calamus produxit, sunt sequentes :

I. *Peripateticus nostri temporis*, in 4. *Ingolstadii*. 1727.

II. *Institutiones historicae pro Academico studio Romano-catholico, ubi absterfa A catholicorum fuligine monstratur methodica Historiæ discendæ ratio*, in 8. *Ingolstadii* 1728. c. fig. De his quid iudicandum sit, habes superius in *Vita* p. 69. Editionem mox sequentis anni 1729. memorant *Academ. Ingolstadiens. Annales*, & *Theoph. Georgi* in *Univ.-sal-Bücher-Lexicon*.

III. *Academia Anglipolitana novo Historiæ lumine illustrata &c.* *Ingolstadii*. 1729. De hoc vide superius in *Vita*, p. 69.

IV. *Effigies Historiæ Bavaræ in Collegiis historico-politicis ratione methodica adumbratæ publicæ Concertationi proposita à Francisco Xaver. Leonard. Car. Rupert. L. B. de Lerchenfeld &c. sub gloriosiss. Auspiciis Caroli Alberti Ducis utriusque Baviaræ &c.* in folio. *Ingolstadii*. 1731. Quid de hoc Opere senserit *Facultas* tum *theologica* tum *philosophica* *Academix Ingolstadiensis* proum est ex earundem præfixis *Approbationibus* cognoscere. *Theologica* quidem sequentibus illud collaudandum sibi duxit : „Quantum internæ congenitæque lucis ac claritatis contineat hoc Opus eruditissimum, erit in „propatulo uniuersis, quotquot sedula lectione reconditos in hoc Opere scientiarum thesauros inuestigauerint. Inuenient in eo mirificæ claritatis „gratiam, veritatis historicæ soliditatem, amplissimæ eruditionis epitomen, limatissimæ crisis sub-

„tilli-

tilitatem, cum nitidissimæ scriptionis cultura amœ-  
 „nissime sociatam.“ *Philosophica* deinde, fusiori  
 utens elogio, hæc habet: „Cum omnis *Historia*  
 „rite conscripta maximum semper pretium habeat  
 „apud æquos rerum æstimatores, illa vero singu-  
 „larem sibi comparet amorem, quæ res in Patria  
 „gestas nobis in memoriam revocat; augurari li-  
 „cet, quanta in æstimatione præsens lucubratio  
 „futura sit, utpote quæ universam, quâ late patet,  
 „*Historia Bavaræ* amplitudinem, velut in nuce in-  
 „clusam, pulcherrima simul, ac ordinatissima ratio-  
 „ne methodica descriptam exhibet; variam per  
 „sex status diffusam eruditionem cum singulari  
 „styli amœnitate, ac ingenii elegantia conjun-  
 „ctam comprehendit; plures præterea *Quæstiones*  
 „*historico-politicas* mira claritate non minus, quam  
 „ingeniosa brevitate ita examinat, ut rationum  
 „momenta, pluribus licet, iisque intricatis diffi-  
 „cultatibus obsita, accurate quidem et candide,  
 „absque tamen omni partium studio, ac acerbior  
 „crisi proponat, atque ad Veritatis trutinam per-  
 „pendat. Quare non dubito, quin hæc *Effigies*  
 „*Historiæ Bavaræ*, in *Collegiis historico-politicis ad-*  
 „*umbrata*, omnibus exhibitura sit effigiem ipsius  
 „*Authoris*, jam aliis etiam *Opusculis* litterato orbi  
 „inlaescentis, vivis quasi coloribus expressam.“

V. *Imperii Princeps ecclesiasticus, selectis ali-*  
*quot lineamentis, parergisque historico-hierarchicis*  
*adumbratus.* in folio. c. fig. *Augustæ.* 1733. Appro-  
 batio *Facultatis theologicæ Academicæ* Opus hoc  
 „a *Rerum præclara, solida, & eruditissima tractatione*  
 „*maximopere commendabile esse: & Auctoris nomen*  
 „*jam ex multis aliis elucubrationibus celeberrimum*  
 „*amplius inde illustrari; affirmat.* *Facultatis au-*  
 „*tem*

„tem philosophicæ Approbatio in eo stylum amæ-  
 „num simul ac gravem, perelegantem ordinem ac  
 „claritatem, profundamque soliditatem“ miratur.

VI. Collegia historica, sive Quæstiones Historiæ  
 criticæ ex Institutionibus historicis, in ordine ad diluci-  
 dandas quasque difficultates extractæ, atque accom-  
 moda methodo pro studio academico, præsertim catho-  
 lico, propositæ. in 8. c. fig. 1734—1737. Ingolsta-  
 dii. Audiamus de his *Annales Academiæ Ingolsta-*  
*diens. T. III. p. 208.* vocantes „Opus æstimatissi-  
 „mum pro ratione scilicet temporis, quo de Quæ-  
 „stionibus etiam meri facti disputare adhuc ani-  
 „mosius cum Protestantibus libuit; horum enim  
 „Scripta historica novem illis tomis præcipue  
 „impugnat.“ Quo conatu mentem Academiæ *In-*  
*golstadiensis* implere maxime studuit, quæ unani-  
 mi omnium calculo Historiæ Professore publicum,  
 & quidem e *Societate Iesu*, sibi expetiverat.

Verba domesticorum *Annalium Collegii S. I. Ingol-*  
*stadiensis* de hac re sequentia sunt (c): „Externi hu-  
 „jus Universitatis Professores Academicæ unanimi  
 „consensu petunt à Societate Iesu Historiæ Professo-  
 „rem, & si opus sit, etiam Serenissimi Electoris  
 „Bavariæ opem implorare sunt parati. Petunt au-  
 „tem propter Ius Canonicum & Civile, itémque  
 „professionem Controversiarum, & sacræ Scriptu-  
 „ræ. Ferè enim A catholicis in Historia exultant,  
 „atque inde perverfa non solùm in Ecclesiasticis re-  
 „bus dogmata, sed etiam in Legibus diverticula  
 „eliciunt, falsas veris relationibus circa originem  
 „& praxin antiquam Legum ac Iurium inspergunt,  
 „ut aded Legum tam Civilium, quàm Canonicarum  
 „In-

(c) V. *Proæmium ad Collegia ipsa historica, p. 11.*

„Interpres exactâ Historiæ notitiâ juventur, sine  
 „qua nec origo, nec scopus Legum satis constat;  
 „neque Acatholicis, in corrumpenda & sic men-  
 „dose alleganda Historia versatissimis, sufficienter  
 „occurri potest.“

VII. *Institutiones Iuris universalis Naturæ & Gentium, ad normam Moralistarum nostri temporis, maxime Protestantium (Hugonis Grotii, Puffendorfi, Thomasi, Vitriarii, Heineccii aliorumque ex recentissimis) adornatæ & ad crisin revocatis eorum Principiis, primum fusiore tum succinctorum metho- do pro studio academico, præcipue catholico, accommodatæ.* in fol. Partes II. Augustæ. 1743. Venetiis. 1761. in 4.

VIII. *Compendium Collegii Iuris canonici ENGELII.* in 8. Basileæ. 1731. Tribuit *Nostro* Theophil. Georgi L. c. cui an fides habenda sit, haud satis scio.

Reliquit præterea manu sua descriptas atque hætenus typis non vulgatas *Institutiones historicas ecclesiasticas*, in sequentia Capita divisas: 1) „Notitia chronologico-historica Rom. Pontificum. 2) Notitia geographico-politica Ecclesiastici status. 3) Notitia hierarchica Ecclesiæ. 4) Notitia „polemicæ Historiæ Eccles. in genere. 5) Notitia „critica Protestantismi ac Iansenismi in specie. 6) Notitia canonica Conciliorum. 7) Notitia Ecclesiæ litteraria. 8) Notitia religiosa SS, Ordinum. 9) Notitia ecclesiastica de statu, progressu, et disciplina Ecclesiæ. 10) Notitia gymnastica Historiæ „ecclesiasticæ. Item *Fragmenta quædam Historiæ „profanæ.*“ Hisce manuscriptis post obitum Auctoris modestissimi appositum inventum est hoc schedion

dion ipsius manu exaratum: „Hæc scripta inutilia sunt; quia ex parte incompleta et ex altera parte continentia materias ac quæstiones, quæ qualicumque modo tractatæ, delicatis hisce temporibus, etiam catholicas aures offendunt, præsertim à jesuitico calamo exaratæ.“

**BONSCHAB** (*Ignatius*) primùm per annos septem excelsi Regiminis *Burghusiani* in Bavaria Concionator, postea *Augustam* accitus, in æde Monialium ad *Stellam* ab anno 1744. usque in annum 1748. de cathedra dixit. In Collegiata quoque Ecclesia ad *S. Mauritium* populum e fugestu sacris doctrinis ab anno 1755. ad annum 1767. zelose erudit; quò ipsò *Collegii Rector* creatus fuit. Eandem dignitatem *Ambergæ* in Palatinatù veteri gessit. Habentur à *Nostro* typis excusæ sermone vernaculo:

I. *Conciones panegyricæ de S. Cruce: de Sanctis; in Solemnitatibus & Occasionibus* diversis habitæ, atque seorsim vulgatæ; quas distinctius enarrare abstineo.

II. *Ascetica* plura, quæ inter memoratu digniora esse videntur. 1. *Betrachtungen über das H. Messopfer für unterschiedliche heilige Zeiten &c. Burghausen* 1749. Iterum 1752. & 1766. 2. *Der englische Wundermann S. Franciscus Xaverius für die zehen freytägliche, oder neuntägige Xaverianische Andacht im März. Burghausen.* Ibi excusum sæpius, recusumque denuo *Augustæ*. 3. *Catechismus Petri Canisii.* Latine et Germanice, cum figuris, jussu Eminentiss. Cardinalis & Episcopi *Passaviensis D. de Lamberg. Augustæ*. 4. *Pinacotheca Mariana, exhibens*

bens antiquitatem, sanctitatem, & utilitatem, Cula-  
 us Mariani, in Personis omnium fere ordinum et  
 rationum, pietate, natalibus, doctrina maxime cla-  
 ris. c. fig. *Augsta*. Latine et Germanice. 5. *Schul-*  
*heiliger Forcht Gottes, oder Oelberg-Betrachtungen*  
*Sc.* 1758. *Augspurg*. 6. *Des allerheiligsten Herzens*  
*Iesu sichere Himmelstrasse.* in 8. 1767. & 1768.  
*Augspurg*. 7. *Heiliger Communion- und Bußspiegel.*  
*Augspurg*. c. fig.

III. *Polemica* nonnulla, ut 1. *Parallel der Lehre*  
*Luthers und Calvins mit der Lehre der Catholiken*  
*Sc.* *Augspurg*. c. fig. 2. *Durchläuchtigste, von An-*  
*beginn der beweunungswürdigen Glaubenstrennung,*  
*in den Schoos ihrer alten H. Mutterkirch zurück-*  
*kehrende Kinder, als gebenedeyte Trauben mit Chri-*  
*sto, dem wahren Weinstock, wiederum vereinigt.*  
*Augspurg*. c. fig.

NEUMAYR (*Franciscus*) principe *Bavariae* ur-  
 urbe, *Monachii*, in *Dioecesi Frisingensi* anno  
 MDCXCVII. vivendi initium die 7. Ianuar. fecit.  
 unior adhuc, anno scilicet MDCCXII. *Societati*  
*Iesu* die 13. Octobris nomen suum dedit: in qua,  
 exacto tyrocinii sacri tempore, *Philosophiam* per  
 riennium audiit: postea anno uno *Rhetorices*  
 ræcepta *Neoburgi* ad *Danubium* studiose re-  
 vetivit. Ad docendum admotus annos duos in  
 radendis *Grammatices*, totidemque in expla-  
 randis *Poeticis* legibus contrivit: quo temporis  
 patio absoluto, *Theologiam* primo biennio *Dil-*  
*tingæ*, altero *Ingolstadii* maxima cum laude,  
 & disputatis publicè Thesibus absolvit. Finitò  
 ertizæ Probationis annò primò *Brigæ*, dein *So-*  
*odori Rhetoricam* docuit: quo circiter tempore;  
 anno



ex qua per decennium dixerat, appensa fuerant: æri deinde incisa una cum effigie *Nostri*, in sellâ expirantis, variisque epigrammatis, totam *Germaniam* pervolitarunt. Singularis quoque honor illi est habitus, dum die exsequiarum ab hora duodecima usque ad primam omnes Ecclesiæ cathedralis campanæ in Defuncti honorem perforantur.

Hic vitæ cursus *Francisco* fuit, qui quanta probitate quantaque sui commendatione in vitæ atque officiorum suorum genere omni versatus sit, inter omnes constat: qui non ab indigenis solum sed et exteris maximi semper æstimatus fuit; ubicunque enim nomen *Francisci* insonuit, magna admiratio et insoliti animorum motus sunt consecuti. Quò factum est, ut ipsius Libri in ultimos, etiam *Daniæ*, fines expeterentur, & vicissim ex *Hungaria*, *Austria*, *Bohemia*, *Italia* aliisque regionibus ipse, ut conscientiæ arbiter, per litteras consuleretur: ut plures Viri, etiam illustrissimi, *Augustam* ipsius videndi causâ venerint, & SSmus Elector ipse Saxoniz *Fridericus*, *Augustam* cogitans, præ omnibus visu dignis *Franciscum* videre se velle pronuntiavit: ut integra quandoque Cleri ruralis Capitula (quæ vocant) ad ipsum consilia petita confugerint.

Iam de scriptis *Nostri* — Vulgavit is per multa, avide lectitata, & hinc repetitis typis pluries excusa, ascetica, concionatoria, polemica, litteraria.

#### ASCETICA.

I. *Idea Cultus Mariani. Augusta. 12. 1751.*  
Iterum 1761. Prodiit quoque *Germanicè*, hoc titulo

titulo: *Entwurf Marianischer Andacht, wie sie in den der Himmelskönigin gewidmeten Bruderschaften ausgeübt wird.* in 8. 1760. 1769.

2. *Gratia Vocationis sacerdotalis.* Augustæ. 1751. Iterum in 8. 1755. & 1759.

3. *Triduum sacrum Exercitiis spiritualibus accommodatum.* 8. 1756. Hoc Opusculum ante et post annum istum sæpius recusum fuit.

4. *Exterminium Acediæ: Fructus exhortationis D. N. Iesu Christi*, Luc. 13. *triduo expensæ*, in 8. Augustæ. 1755. & 1758. & 1763. Prodiit etiam *Germanice.* in 8. 1756. 1766.

5. *SS. Exercitiorum Pars I. & II.* Augustæ. 1757.

6. *Curatio Melancholiæ, oder Geduld im Leiden.* 8. 1761. 1766. 1784.

7. *Micæ Evangelicæ, seu Puncta Meditationum.* 8. *Editio auctior.* 1762. Has latiori sermone extensas et Germanice versas *P. Antonius Eisenbarth, Augustanus*, Ord. PP. anno 1771. Augustæ publicavit. Exierunt autem huius Operis *Volumina III.* in Dominicas, Festa, et Quadragesimam; ut videre est infra, No. 15.

8. *Wesenheit, Kraft und Übung der göttlichen Tugenden: des Glaubens, der Hoffnung, und der Liebe.* Ingolstadii et Augustæ. 1749. 1757. 1770.

9. *Heilige Lebensordnung nebst einer Anweisung zur vernünftigen Aufführung.* 8. 1779.

10. *Kern des Christenthums oder christkatholische Glaubens- und Sittenlehre.* 8. Augsburg und Innsbruck. 1762. et 1764. et 1784. et 1786. Prodiit post plures Editiones Germanicas etiam Sermone latino, 1769. sub titulo: *Nucleus Christianismi.*

11. *Katholisches Kirchenjahr, oder Erklärung der Sonn- und Feyertäglichen Evangelien.* 8. Editio II. 1762. Iterum 1768.

12. *Wahrer Begriff der ascetischen Theologie.* Augsburg. 1784. Item Latine sub titulo: *Idea Theologiæ asceticæ.*

13. *Ordo diurnus; sive Methodus vitæ quotidianæ ad Dei beneplacitum multo cum fructu exigenda.* in fol. Idem Opus etiam Germanicè prodiit hoc titulo: *Kurze Weise das tägliche Leben nach Gottes Gefallen anzustellen.* Item Gallica Lingua excusum est anno 1763. in 32. 1768. & in 24. 1788.

14. *Vita reflexa, seu Usus Examinis quotidiani.* in 8. Editio III. 1761. Iterum 1785. Germanicè etiam exivit in 8. Editio IV. 1761. Iterum 1779.

15. *Christliche Gedanken über das katholische Kirchenjahr, oder buchstäbliche Erklärung und Anmerkungen der Sonn- und Festtäglichen Evangelien.* Partes III. 8. 1772. 1773.

16. *Via Compendii ad Perfectionem statui religioso competentem itinere oñiduoano emetienda duce S. Ignatio de Lojola.* in 8. maj. 1769.

17. *Geistliche Gemüths-Versammlung.* 8. Augustæ. 1764.

18. *Vir Apostolicus, seu Doctrina methodica de utili & facili Praxi functionum sacerdotalium.* in 8. 1752. & 1758. & sexta vice 1779.

19. *Via salutis, sive sacra Exercitia juventuti litterariæ accommodata.* in 8. Augustæ. 1770. Consonat *Catalogus Librorum Antonii Zattæ, Veneti Bibliopolæ,* de anno 1791.

20. *Pii ac devoti Aëus Morientis*, quos sibi postremo vitæ ostiduo & in hora exitus prælegit voluit. Extant Germanicè in Libro: *Sichere Himmelsstraße des allerheiligsten Herzens Iesu*, in 8.

### CONCIONATORIA.

21. *Rhetorica christiana, sive Methodus practica doctrinam christianam ad captum omnis ætatis insigni cum animarum fructu explanandi . . . olim Discipulis Rhetoricæ pro privata eruditione ad calamum data, nunc publicæ lucis facta*, in 8. *Augustæ*. 1766. iterum 1769.

22. *Bettwoche, oder andächtige Betrachtungen über die 7. Bitten des H. Vater unser*. 8. 1763.

23. *Predigten vom heiligen Rosenkranz über die 15. Geheimnisse des Leben, Leiden, und Sterben Christi*. 8. *Augsburg und Ingolstadt*. 1764. Iterum 1770.

24. *Miserere oder der 50ste Psalm in beweglichen Geschichts-Predigten erkläret*. 8. *Pars I*. 1762. *Pars II*. 1765. Iterum, *sexties reculum*, 1780.

25. *Festum Lacrymarum, oder dreytägiges Zühfest: samt einer Lobrede auf das Fest der H. Magdalena*. 8. *Augsburg und Innsbruck*. 1764. Iterum 1777. *Sunt Exercitia sacra triduana, in Ecclesia Parthenonis ad S. Stephanum, Augustæ, publice habita*.

26. *Dreyfache Sittenreden auf jedes Fest Mariæ*. 8. 1779.

27. *Gründliche und practische Christen-Lehren vom Glauben, Hoffnung und Liebe, wie auch von der christlichen Gerechtigkeit, für jedes Alter*. *Augsburg*. 1780.

28. *Gründliche und praktische Christen-Lehren von den Heil. Sacramenten, für jedes Alter*. *Augsburg*. 1783.

29. *Conciones variæ*, Germanicè: uti *Concio panegyrica de S. Augustino*. *Concio adhortatoria ad Pœnitentiam pro placanda Divini Numinis ira*. *Concio de largiter conferenda stipe ad sustentationem noviter ædificati Ergastuli, Augustæ*. Extant in Libro: *Sammlung auserlesener Kanzel-Reden*. in 8. Ex officina *Wolfiana, Augustæ*. Habentur etiam in fine *Voluminis I. & II. Concionum polemicarum*, in 4. de quibus mox dicetur.

30. *Apostolischer Prediger, d. i. Sitten-Reden auf alle Sonntäge des Kirchenjahrs*. Partes II. 1775.

#### POLEMICA.

31. *Conciones polemicæ*, Germanicè, per modum *Quæstionis* propositæ de Cathedra. Hæ primò separatis Libellis in lucem exierunt, postea in unum collectæ quatuor in 4to. *Voluminibus* rursus publicatæ fuerunt hoc titulo: *Heilige Streitreden, oder Controvers-Predigten. Augsburg und Ingolstadt*. 1764. In fine *Voluminis I. & II.* accesserunt nonnulla adversus *D. Chladenium, Erlangæ*: & adversus *Rottfischerum*.

32. *Die siegende Wahrheit: das ist: entscheidende Bewegursachen katholisch zu bleiben, oder katholisch zu werden, aus den Streit-Reden gezogen*. in 8. *Augsburg*. 1763. & 1764. Hoc Opusculum est quædam Medulla *Concionum polemicarum Nostri*, collecta à *P. Iosepho Grueber S. I.* Accessit etiam *Volumini III. Concionum polemicarum*, numero 31. superiùs indicatarum.

33. *Religio Prudentum: sive sola Fides catholica, Fides prudens*. in 8. *Augustæ & Ingolstadii* 1764. Germanicè prodit anno 1769. et 1773.

34. *Glaubens- und Lebens-Lehren über den Artikel des hochheiligen Sacrament des Altars.* 8. 1768. Prodiit etiam in 4. Accessit quoque *Volumini II. Concionum polemicarum.* in 4to.

35. *Vorstellung zweyer Priester der Gesellschaft Iesu, ihre catholische Schriften belangend, an Ihre kayserliche Majestät.* fol.

36. *Concio polemica de Probabilismo, quam Germanicè peroravit, postea Latinè vertit, adjectis Notis theologicis pro Tutela Probabilismi.* 4. Ingolstadii. 1760. Hæc est Concio illa, ex qua graves *Nostro* molestiæ ortæ sunt, & vehemens procella ab adversariis concitata toto in eius caput pondere decubuit, *Româ* ipsa edito Decreto eam configente. Humillime autem & obedientissime acquievit *Noster*, nec ullo adversantes sibi verbulo incusavit.

## LITTERARIA

vel ex toto, vel ex parte.

37. *Idea Rhetorices, sive Institutio brevis de Præceptis &c. Rhetorices.* in 8. *Augustæ.* 1748. Recusa 1761. et 1775.

38. *Idea Poeseos, seu methodica Instructio de Præceptis, praxi et usu Artis &c.* in 8. *Ingolstadii.* 1751. Recusa 1759.

39. *Theatrum Asceticum, sive Meditationes sacrae in Theatro Congregationis latinæ, Monachii, exhibitæ verni Iejunii tempore, ab anno 1739. ad annum 1747.* in 4. 1758. Ex hoc Opere prodierunt linguâ *Germanicâ* et ligato sermone sequentia: *Die Barmherzigkeit Gottes in dem verlornen Sohne vorgestellt.* in 8. maj. 1766. *Das Geboth der Liebe Gottes in fünf HH. Franciscus vorgestellt.* 8. maj. 1768.

40. *Theatrum Asceticum. Tomus II. sive: Mundus in maligno positus. Meditationes exhibitæ Monachii ab anno 1748. ad annum 1750. in 4. 1761.*

41. *Theatrum Politicum, sive Tragediæ ad commendationem Virtutis & Vitiõrum detestationem. in 4. 1760.*

Pro coronide affluere placet encomium, quod de Nostro habet Liber: *Journal historique & littéraire. in 8. A Maastricht chez Francois Cavellier: & se trouve a Liege chez I. F. Bassompierre. I. Novembre 1792. p. 402. 403. latine sic sonans.*

„*Franciscus Neumayr natus Monachii anno 1697. Societati Iesu anno 1712. se junxit. Postquam in ea litteras humaniores ac theologiam docuerat, & pro salute animarum multo cum fructu laboraverat, dirigens Monachii latinam Congregationem B. V. Mariæ, ædis cathedralis Augustanæ Concionator creatus est. Munus istud per decennii spatium plane insolita cum nominis fama implevit, imprimis in confutandis sui temporis erroribus intentus, simulque de variis argumentis ad rem Religionis facientibus eo rationum robore atque facundia, quæ ipsos eius adversarios rapiabant, scribens. Opera eius partim germanice, partim latine scripta per Germaniam totam, & posteriora per universam quoque Europam catholicam diffusa fuerunt. Hæc inter præcipue laudantur 1. Gratia Vocationis sacerdotalis. 2. Theatrum asceticum. 3. Theatrum politicum. 4. Corredio fraterna. 5. Exterminium acedia. 6. Remedium melancholia. 7. Virtutes theologicae. Inter Opera eius germanica primas obtinent Sermones polemici, tam solide scripti, ut impugnari haud queant.“*

MERZ (*Aloysius*). Viri huius & Oratoris clarissimi, qui *P. Francisco NEUMAYR* in Cathedra summæ *Ædis Augustanæ* proxime successit, laudes promeritas ex Libro mox memorato: *Journal historique & littéraire &c.* in 8. 1. *Novembre. 1792. pag. 402.* dare primò locò juvat: quibus dein alia Lectorum curiositati haud ingrata (ut credo) futura subiicientur:

„*Aloysius MERZ*, un des plus celebres Predicateurs de ce siecle, est mort à *Augsbourg* . . . „Il étoit né à *Donsdorff* en *Suabe*, diocèse de *Constance* le 27. Fév. 1727. et entra chez les Jésuites à *Landsberg*, en *Baviere*, en 1744. Après avoir enseigné les *belles lettres* et la *philosophie*, „il s'adonna entierement à la *Prédication*, et remplit pendant 21. ans la chaire de la cathedrale d' *Augsbourg*, avec une reputation, qui ne le céda pas à celle du *P. Neumayr*: dont les talens „et les succès ont fait si long-temps l'admiration „de l' *Allemagne catholique*. L' état de sa vue, „qu'il étoit menacé de perdre, l'obligea à quitter cette brillante carrière en 1785. mais il ne „cessa de travailler, selon ses forces et les occasions, „à la défense des vérités saintes. On a de lui, outre „ses *Sermons*, plusieurs traités, du l' erudition va „de pair avec la justesse et la force des raisonnemens, et parmi lesquels on distingue sa *Methode* „pour convertir les Protestans, sous le titre: *Systématique Methode Protestanten von der Wahrheit der* „*catholischen Religion zu überzeugen*, qui peut servir de pendant à l' excellent traité de *LESSIUS*: „*De capessenda vera Religione*, et à la *Methode courte et facile* du *P. d' ORLEANS*. Tous ces ouvrages ont été recueillis en 3. vol. in 4to. Le savant



„P. WEISSENBACH, lui dédiant en 1784. l'ouvrage  
 „intitulé, *Loci Patrum illustres*, y a mis une In-  
 „scription, qui peut servir d'epitaphe à ce zélé  
 „et fécond orateur chrétien: *Viro clarissimo, do-*  
 „*ctissimo, Aloysio MERZIO, jam inde a 20. annis in*  
 „*æde summa Augustana Oratori, qui studio uniendi*  
 „*Ecclesias, contentione et patientia laboris, candore*  
 „*vitæ, elegantia morum, præsentis animi, facultate*  
 „*judicandi, perspicuitate in docendo, temperantia in*  
 „*confutando, possit omnibus exemplo esse.*“

Latine „*Aloysius MERZ* unus ex celeberrimis  
 „*sæculi præsentis Concionatoribus mortuus est*  
 „*Augustæ . . . Natus is fuit Donsdorfii in Suevia,*  
 „*diocesis Constantiensis, die 27. Februarii anni*  
 „*1727. & in Societatem Iesu ingressus Landspergæ,*  
 „*Bavariæ urbe, anno 1744. Postquam humaniores*  
 „*litteras & philosophiam docuerat, totum se Dei ver-*  
 „*bo prædicando devovit: & per 21. annorum spa-*  
 „*tium ita de summi templi Augustani cathedra di-*  
 „*xit, ut parem cum P. NEUMAYR, cuius præcla-*  
 „*ras dotes progressusque tamdiu admirata est Ger-*  
 „*mania catholica, sibi existimationem, nominisque*  
 „*famam collegerit. E splendido hoc sacræ elo-*  
 „*quentiæ curriculo decedendi causa ei fuit amit-*  
 „*tendi visus, quod incurrerat, periculum. Neque*  
 „*tamen ob id in defendendis sanctis Veritatibus*  
 „*pro viribus, proque oblata occasione elaborare*  
 „*destitit. Habentur ab eo, præter Sermones, plu-*  
 „*res alii Tractatus, in quibus eruditionem cum*  
 „*argumentorum vi atque accurata soliditate cer-*  
 „*tare meritò dixeris: quos inter primæ deferun-*  
 „*tur Methodo convertendi Protestantes sub titulo:*  
 „*Systematische Methode, Protestanten von der Wahr-*  
 „*heit der catholischen Religion zu überzeugen; quod*  
 Opus

„Opus Appendicis loco ad excellentem P. LESSI  
 „Librum: *De capeffenda vera Religione & ad P. d*  
 „ORLEANS *Methodum brevem ac facilem &c.* esse po-  
 „terit. Omnia ista Opera tribus in 4. *Voluminibus*  
 „collecta in unum fuerunt. Eruditus P. WEISSEN-  
 „BACHIUS dedicans ei anno 1784. Librum sub titu-  
 „lo: *Loci Patrum illustres*, præfixit Inscriptionem,  
 „quæ Epitaphii, in huius zelosi & fœcundi Orato-  
 „ris christiani memoriam, implere vicem potest:  
 „*Viro clarissimo, doctissimo, Aloysio MERZIO jam*  
 „*inde h. viginti annis in æde summa Augustana Ora-*  
 „*tore &c. &c.*“ uti supra.

Et profecto haud exiguam *Epitaphii*, honori-  
 bus *Nostri* positi, partem Inscriptio mox allata  
*Weissenbachiana* implevit; prout ex dicendis pa-  
 tebit.

Mortuo civitas *Augustana*, quæ de cathedra  
 perorantem tot annos summa cum voluptate au-  
 diverat, solennes in summa æde exsequias decre-  
 vit, & celebravit: in quibus pegma funerale se-  
 quentibus *Inscriptionibus*, *Symbolisque* exornatum  
 apparuit.

### AD PEDES FERETRI.

P. M.

CL. V.

DOCT.

ALOYS. MERZ.

DVNSDORF. SVEV.

NAT. III. KAL. MART. MDCCXXVII.

S. I. INGRES. V. NON. OCTOBR. MDCCXLIV.

SACERD. INITIAT. NON. IVN. MDCCCLVII.

CONC. SVM. AED. AN. XXI.

F 5

DE-

DEFUNCT. VIII. ID. OCTOBR. MDCCXCII.

A. AET. LXVI.

CIV. CATHOL. AVGVSTENS.

PVBLICO. LVCTV. PARENTANT.

*IN FRONTE FERETRI.**per modum Lapidis sepulchralis.*

D. O. M.

SISTE. VIATOR.

ET. CVIVS. CINERES. VRNA. HAEC. TEGAT.

ACCIPE.

QVIESCIT. HEIC.

ÆTERNA. REQVIE.

LAVDE. IMMORTALI.

DIGNISSVMVS.

CL. V.

ALOYS. MERZ.

SVM. ÆD. AVG. AN. XXI. CONC.

STVDIO. VNIENDI. ECCLESIAS.

PERSPICVITATE. IN. DOCENDO.

TEMPERANTIA. IN. CONFVTANDO.

FACVLTATE. IVDICANDI.

CONTENTIONE. ET. PATIENTIA. LABORIS.

PRÆSENTIA. ANIMI.

CANDORE. VITÆ.

ELEGANTIA. MORVM.

NVLLI. SECVNDVS.

QVI.

VI. QVIËSCAT. ECCLESIA. NVNQVAM. QVIESCENS.

PIO. VI.

AC CLEMENTI. WENCESL.

ÆSTVMATISSVMVS.

DITISSVMVS. MERITIS.

CLARISSVMVS. VICTORIIS.

HOSTIBVS. IPSIS. LAVDATVS.  
COELESTIBVS. TRIUMPHIS. MATVRVS.  
AVGVSTENSIBVS. IMMORTVVS.  
DIEM. SVPREMAM. CLAUSIT.  
AVGVSTA. IN. VRBE.  
A. S. MDCCXCII, VIII. ID. OCTOBR.  
POSTQVAM. DEO. ECCLESIAE. SIBI. VIXERAT.  
AN. LXV. MENS. VII. DIES. XI.  
MORTALIVM. OCVLIS. NON ANIMIS. EREPTVS.  
IN. PLVRIMIS. QVEIS. ECCLESIAM. DEFENDIT.  
LIBRIS. SVPERSTES.  
R. I. P.

*Symbola, quibus feretrum cinctum, erant.*

I.

*Inscriptio.* Summæ Aedis Augustanæ annis 21.  
Conclonator.

*Imago.* Mensa, in qua candelabrum cum candela  
ardente.

*Lemma.* Dum lucet, consumitur.

II.

*Inscriptio.* Studium uniendi Ecclesias.

*Imago.* Pharus ad oram maris, in mari naves  
aliquot.

*Lemma.* Errores detegit.

III.

*Inscriptio.* Perspicuitas in docendo.

*Imago.* Sol in meridie.

*Lemma.* Quid clarius illo?

IV.

*Inscriptio.* Temperantia in confutando.

*Imago.* Incus cum ferro candente, quod manus  
e nube prominens percutit.

*Lemma.* Non plus, quam opus est, ferit.

V.

## V.

*Inscriptio* Facultas judicandi.

*Imago.* Libra.

*Lemma.* Interroganti respondet exacte.

## VI.

*Inscriptio.* Contentio & Patientia laboris.

*Imago.* Apiarium, ad cuius foramen apes aliquot resident. Una ex aere, prædam magnam ferens, revertitur & moritur.

*Lemma.* Labori immoritur.

## VII.

*Inscriptio.* Præsentia animi.

*Imago.* Rupes in medio furentis pelagi.

*Lemma.* Semper eadem.

## VIII.

*Inscriptio.* Candor vitæ.

*Imago.* Speculum.

*Lemma.* Quis dolum inveniat.

## IX.

*Inscriptio.* Elegancia morum. \*

*Imago.* Uva.

*Lemma.* Decore placet & dulcedine.

Ex præmissis satis liquet, *Nostrum* in defendenda Religione catholica frenuam operam posuisse. Hinc non est, quod miretur, quisquis hominum mores exactius cognitos habet, plures adversus *Nostrum* insurrexisse. Certe Novellarum, Ephemeridumque Scriptores, & Sciorum non pauci exagitare *Nostrum*, eiusque famam conviciis dilacerare minime intermiserunt; adeo ut non defuerint, qui Libros pessimæ notæ adscripto *Nostri*, ceu veri Auctoris, nomine (a) impudentia

(a) Hortum unum exiit *Viennæ*.

ta plane intoleranda divulgârint. Quamobrem *Noster*, inaudiens, summum Pontificem *Pium VI. Viennæ* commorari, *Sermonum* fuorum *polemicorum* Tomos Sanctitati suæ humiliter offerri curavit, tum ut dolori ex adversariorum machinationibus iuste concepto solatium quæreret, tum tantæ auctoritatis præsidio hostium fuorum conatus feliciter elideret. Neque sine excidit *Noster*; quippe qui hac ratione *Litteras apostolicas*, sibi multo honorificentissimas, ex sententia impetravit, sequentibus verbis perscriptas:

„PIUS *Papa VI.*

„*Dilecto Filio Aloysio MERZIO Sacerdoti.*

„Salutem et Apostolicam Benedictionem.

„*Litteras tuas et Sermones Polemicos*, Germanico a te idiomate compositos, quos dono Nobis dedisti, libenter et grato animo accepimus. Dole, sane, patriam Nos linguam tuam ignorare, eosque non posse *Sermones* perlegere, quos recte ac sapienter scriptos esse confidimus. Dudum iam, te plurima divinarum sacrarumque rerum scientia præstare, ac strenuam navare operam pro incolumitate Religionis, tutelâve Ecclesiæ, ex fama, *Veri nuncia*, certisque authoribus intelleximus. Quapropter vehementer optamus, ut salubre Polemicarum Exercitationum institutum minime intermittas; sed eadem doctrina, eodemque robore ac virtute constanter pergas, ut hætenus consuevisti. Rem non modo te dignam, perque Nobis jucundam facies, sed uberem quoque in cælis mercedem consequeris. Macte igitur animo, *Dilecte Fili!* et malignos despice obtretractores,

„qui

„qui a luce veritatis oculos avertunt, ac sese  
 „ipfos fallere student; ut ambulent in tenebris.  
 „Iam vero omnia, quæ usui tibi esse poterunt,  
 „facile debes expectare a Paterna Charitate et Be-  
 „nevolentia nostra; in cuius hodie pignus Apосто-  
 „licam Benedictionem tibi peramanter imperti-  
 „mur.

„Datis *Vindobonæ* pridie Nonas Apri-  
 „lis, 1782.

„Pontificatus Nostri Anno VIII.

„Dominicus Nardinus à latinis  
 „Epistolis SSmi.

Hæc de Vita Laudibusque P. MERZ — Iam  
 de Scriptis eiusdem. Extant ab ipso:

I. *Conciones polemicæ*, Germanicâ linguâ per  
 modum *Quæstionis* scriptæ, stisque temporibus  
 in Ecclesia cathedrali de sacro suggestu habitæ,  
 numerò LXXXVIII. Hæc privatis primò Libellis  
 evulgatæ, postea in unum Corpus coactæ, unâ  
 cum aliis *Nostri* Tractatibus, de quibus mox ser-  
 mo recurret, tribus in 4. *Voluminibus*, *Augusta*,  
 prodierunt in lucem. Quicumque harum *Concio-*  
*rum* titulos, synopsisque accuratius nôsse cupit,  
 adeat Librum: *Neueste Sammlung jener Schriften,*  
*die von einigen Jahren her über verschiedene wichtig-*  
*ste Gegenstände zur Steuer der Wahrheit im Drucke*  
*erschienen sind. Volumen XX.* in quo per multa  
 folia accuratus earundem Catalogus textitur; quem  
 hęc locò rescribere, brevitati studens, omitto.

II. *Conciones* aliæ & *Opuscula polemica*, quæ  
 extra stata tempora, & oblati insolitis occasio-  
 nibus composuit ediditque. Sunt illæ:

1. Was ist die Kirche, und was für eine ist un-  
 -er so vielen die wahre und allein seligmachende Kir-  
 -che? 2. Schriftmäßige Rechtfertigung der katholi-  
 -schen Kirchenlehre. 3. Systematische Method, die  
 -protestantischen Christen von der Falschheit ihrer  
 -Kirche zu überzeugen. 4. Was für ein Unterschied  
 -? zwischen der Consecration eines katholischen Bi-  
 -shofs, und der Ordination eines protestantischen Super-  
 -intendenten? 5. Drey und fünfzig Fragen an einen  
 -er wissen geistlichen Herrn, der die Pfingstpredigt aufs  
 -ahr 1781. über Toleranz und Intoleranz, mit dem  
 -schicklichsten und lästerlichsten Noten mißhandelt hat.  
 -Steht dem Verfasser der Schmähschrift, die den Titel  
 -ührt: Ist Herr Aloys Merz ein katholischer Theolog,  
 -nd steht er am rechten Ort? der Kopf am rechten  
 -rt. 7. Antwort auf die Antwort des katholischen  
 -esterreichers. 8. Der vom Herrn Johann Friedl ein-  
 -mal gründlich widerlegte Domprediger zu Augspurg,  
 -on dem Domprediger selbst in Druck gegeben, um die  
 -Viderlegung publicuer zu machen. Im Jahre 1784.  
 -Höchst nothwendige Warnung sowohl an die pro-  
 -stantische als katholische Christenheit, sich vor dem  
 -om H. M. Mafius angekündeten Buche der sogea-  
 -annten aber verkappten Religionslehrer best mög-  
 -chst zu hüten. Im Jahre 1785. 10. Schriftmäßi-  
 -er und überzeugender Beweis, das die protestanti-  
 -che Christenheit, wegen Abschaffung des newestes-  
 -amentischen Opfers der heiligen Messe, unmöglich  
 -ehr die wahre und apostolische Kirche seyn und  
 -usmachen möge (b). 11. Acht Kanzelreden über  
 die

) Sant Conciones octo, per Octavam Festi Corporis  
 Christi habitæ, quarum fusiozem elenchem exhibet  
 antea citatum *Volumen XX*. Accessit his Concionibus  
 Ap-



die Gebräuche und Ceremonien, welche in der katholischen Kirche bey dem Opfer der heiligen Messe eingeführt und üblich sind. Im Jahre 1772. (c)

Confutavit autem hisce polemicis Scriptis non solum veteres Adversarios Ecclesiae, *Lutherum, Calvinum*; sed etiam novos e. g. *Philippum Engelbertum Schade*; *D. Kieslingium*; *Facultatem theologicam Erlangensem*; *Ambrosium Fidlerum* Apostatam à fide & Ordine Eremit. *S. Augustini* Scriptorem *Diarii* (Journal) *Hamburgensis*; *Abbatem Ierusalem* Recensentem quendam *Berolinensem*; *Car. Ant. Ernest. Becherum* Pastorem in terris *Poruffiacis*; nostræ ætatis *Deistas, Indifferentistas, Atheos &c. &c.*

III. *Zehen Sittenreden über den englischen Gruß, welche bey eben so vielen Bittgängen auf den heiligen Berg Andechs sind vorgetragen worden.*

IV. *Conciones panegyricæ, funebres, eucharisticæ, e. g.*

1. *Ehrenrede am Feste der allerheiligsten Dreysaltigkeit &c. Im Jahre 1761.* 2. *Dankrede auf die Wahl Ioseph II. zum Römischen König.* 3. *Sittenrede auf den II. Sonntag nach Ostern. Im Jahre 1772.* 4. *Trauerrede auf den Todfall Franciscus I.* 5. *Trauerrede auf den Todfall Ioseph I. Bischofes zu Augspurg.* 6. *Rede auf das Fest des heiligen Bernards.* 7. *Rede über den Sieg, den der heilige Norbert gewissen Seßirern aberhalten hat.* 8. *Dankrede, weil*

*Appendix de Communionis sub una specie, adversus objectiones omnes propugnata.*

(c) *Harum quoque Concionum per Octavam Festi Corporis Christi habitarum elenchum fusiozem videlicet in eodem Volumine XX.*

*weil der Himmel der Stadt Augspurg mit so verderblichen Ueberschwemmungen verschonet hat &c. (d)*

V. *Neueste Sammlung jener Schriften, die von einigen Jahren her über verschiedene wichtigste Gegenstände zur Steuer der Wahrheit im Drucke erschienen sind. Augsburg. in 8. Volumina quadraginta.*

In hoc amplissimum Opus superius à me citatum, avidissime lectum, tum alieno, tum suo apte ingenio elaborata meletemata, quotquot instituto apta videbantur, coegit eorumque impressionem curavit: unde duplicem laudem, & Scriptoris scilicet & Collectoris, jure promeritus esse cognoscitur.

VI. *Hat wohl die Hartnäckigkeit und Verwegenheit der Freydenker, der Naturalisten und aller Unchristen eine ihres gleichen? 1786. in 4. & in 8.*

VII. *Schriftmäßiger Katechismus für die jetzigen Zeiten aus den Predigten und andern Werken des H. Doct. Aloys Merz weiland Dompredigers zu Augspurg unter seiner selbsteigenen Anleitung und Aufsicht zusammen getragen. in 8. Partes II. Apud Io. Nepom. Styx. 1792. Augustæ.*

VIII. *Fragen von dem Ursprunge, Eigenschaften und Wirkungen der Freydenker. in 8. Augspurg. 1767. Apud FF. Wagner bibliopolas.*

IX. *Responsum catholicum ad quæstionem: Quid est summus Pontifex? Augustæ. 1782. 8. maj.*

X. *Zwo Kanzelreden aus Gelegenheit einer über einige Feyertäge gnädigst gemachten Dispensation, auf höchsten Befehl gehalten und auf hohes Verlangen eines hochwürdigsten Ordinariats in Druck gegeben. in 8. Augspurg. 1773.*

XI.

(d) *Vide supra memoratum Volumen XX. Bibl. August. Alph. X.*

G

XI. *Der Iesuit vor dem Richterstuhle des H. I. I. Mosers. Berlin und Frankfurt (verius Augspurg). in 8. 1774. Hoc meletema Nostro explicitis verbis adscribit G. Ch. Hamberger in Gelehrtes Deutschland. Editio III. p. 721.*

XII. Præterea *Conciones aliquot Nostri*, aut novæ aut reculsæ, accesserunt *Operi*, in *Officina Wolfiana* edito: *Sammlung von Kanzelreden. in 8.*

Neque istud silentio prætermittendum est, tam placuisse complura horum meletematum, ut eorundem editio, nonnullorum etiam intra brevissimum temporis spatium, iterari debuerit,

Habes, Lector benevole! quæ de COLLEGIÏ AUGUSTANI inquilinis dicenda erant. Dubitari quidem haud licet, qui npluribus etiam aliis *Sociis* (ût pro more *Instituti* hinc illinc transferebantur) *Collegii* patrii ædes saltem ad tempus aliquod pro domicilio fuerint; sed, ne nimium excreset *Narratio*, illos duntaxat seligendos suasit studium brevitatis, quos aut honorificentiora munia, aut præstantia eruditionis, aut recentioris etiamnum memorizæ ratio præ cæteris commendare visa sunt.





*B. DAVID de Augusta,  
Ord. S. Francisci.*

**E**t si *B. DAVID* Vir fuerit, teste satis idoneo ac veraci TRITHEMIO (a) in divinis Scripturis exercitatus, vita & conversatione insignis, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii: et si idem à MARIANO (b) Vir in omni doctrina probatus audiat: et si a sequioris ætatis (c) Auctoribus præcipue iis, qui *Scriptorum ecclesiasticorum Catalogos* texuerunt, debitis laudibus certatim prædicetur; tam obscura tamen, tam spissis circumseptâ tenebris, quæ ad circumstantias Vitæ *Nostri* attinent (Sive id temporis omnia rodentis edacitati; sive fatorum, quæ patriæ urbi posteris temporibus acciderunt tristissima maximèque sinistra, iniquitati: sive Synchronorum incuriæ: sive denique ipsi humilem Christi vitam sequentium humilitati tribuas) cuncta sunt; ut non nisi pauca restent, quæ de Viro isto piissimo doctissimoque vere ac solide proponi licet.

G 2

*Au-*

(a) In *Catalog. Script. eccles.* Confer eiusdem *Tritheimii Annal. Hirsaug.*

(b) In *Chronico Minor.*

(c) Sunt hi e. g. *Franc. GONZAGA de Orig. Seraph. Religion.* Liber *Conformitatum vitæ S. Francisci &c.* Io. à *S. ANTONIO Bibliotheca Franciscan. Madriti. 1732.* CAVEUS, OUDINUS, EISENGREIN *Catalog. Test. Veritatis.* p. 114. b. *Alii plures, quos recensere omnes nimis longum foret.*

*Augusta* in has luminis auras editum fuisse *B. DAVIDEM*, in confesso est, confirmatque ipsum nomen, quod pro more eius ætatis tulit: *Fr. DAVID de Augusta*; quæ urbs proinde meritò habet, cur de tam insigni ornamento, splendidoque sydere gloriatur. Vocatur etiam in *Historiæ litterariæ Scriptorum ecclesiasticorum* Indicibus *Fr. David* vel *David Teutonicus*; quod utrum bene factum sit, haud fatis scio; cùm nomina ista latiùs pateant, quàm ut *Nostro* propriè tribuenda esse videantur.

Quos parentes habuerit *Noster*, penitus latet. Similiter, quò maxime annò lucis huius usuram acceperit, in obscuro est. Unde, conjecturís agere nolens, cuius meorum Lectorum liberam facultatem do, ex illis, quæ inferiùs à me afferentur, hoc (si quidem fieri poterit) divinandi. Ceterum à vero haud longe aberraverit, qui *Nostrium* sub initia sæculi *XIII.* natum esse, velit. Consule in hanc rem *Iacobi BRUCKERI Miscellanea Histor. philosoph. litterar. critic.* in 8. quibus Vir iste perdoctus *Observationem de Nostro* p. 291 seqq. inseruit: quam ab eruditione litteraria meritò laudes: at ob crifes minùs æquas et aculeatè dicta, quæ adversùs Ordines religiosos & Ecclesiam Romano-catholicam insperit, jure vituperes.

Sed ad *Nostrium* — Aduitorem *Ordini Minorum S. Francisci*, tum in *Germania* orisque nostris exorienti, nomen suum dedisse, exploratissimum est: quò autem id annò (ut alia plura) hætenus inexploratum maxime. Interim à proposito scopo minime abludens duco, ea hòc locò adscribere, quæ de *Ordinis Seraphici* origine in *Germania* progressibusque tum *Lucas WADDINGUS Rerum Ordinis triplicis S. Francisci* Scriptor amplissimus  
juxta

juxta ac æstimatissimus, tum Liber *Conformitatum Vitæ S. Francisci*, simulque *Chronographi Augustani* litteris prodiderunt.

WADDINGUS (d) ad annum Christi 1221. Ordinis vero 14. sequentia narrat: „Cum B. Franciscus in Capitulo sequentia coram Fratribus profatus esset (Est regio quædam *Teutonia*, in qua sunt homines christiani et devoti, qui, ut scitis, sæpe terram nostram cum longis baculis et largis ocreis, sub rapidissimo sole sudoribus æstuantes, pertranseunt ac limina Sanctorum visitant. Et quia ad eos aliquando missi Fratres, male tractati, redierunt, nullus ad ipsos ire compellitur; nisi qui gloria divina et animarum zelo inflammati inspiratione cœlesti ire velint. Si qui igitur sunt, periculum hoc non detrectantes, surgant) ecce! circiter nonaginta Fratres surrexerunt. Interim designatur Minister Germaniæ, Fr. Cæsarius, qui et ipse *Germanus* ex oppido *Spira* oriundus fuit, et non ita pridem Fr. *Eliæ* concionibus conversus Ordinem intraverat, ipsemet non postremi nominis jam antea in sæculo concionator, mirificusque evangelicæ vitæ æmulator, existens. Huius arbitrio relinquebatur liberum, ut ex nonaginta illis Fratribus eligeret, quos vellet. . . . Fr. ergo Cæsarius, primus jam Germaniæ Minister per B. Franciscum constitutus obedientiam sibi injunctam utiliter adimplere haudquaquam cessavit. Conquisivit igitur socios. . . . in univèrsum duodecim Clericos et quindecim Laicos. Hos sibi assumptos. . . per *Lombardiæ* domos distribuit, expectaturos ibi suum verbum.

G 3

Ipsè

(d) In *Annalib. tr. Ord. S. Franc. T. II. p. 3. seqq.*

„Ipse vero in valle *Spoletana* moram traxit per  
 „tres fere menses, et, cum iter *Teutonicum* arri-  
 „pere disponeret, vocatis Fratribus *Ioanne de Pla-*  
 „*no Carpinis* . . . *Barnaba* item, et quibusdam  
 „aliis, misit eos ante faciem suam ad præparan-  
 „dum locum *Tridenti*, cæteris (aut ternis aut  
 „quaternis) subsequen-  
 „tibus: quibus, ita succes-  
 „sive ante Festum *S. Michaelis* convenientibus,  
 „ab Episcopo *Tridentino* per dies quindecim per-  
 „benigne fuit prospectum. . . *Fr.* autem *Casarius*  
 „facta *Tridenti* admonitione Fratribus, de humili-  
 „tate et patientia custodienda, reliquit ibi pro  
 „populi ædificatione Fratres aliquot, ex aliis  
 „binos ternosque confœderans, unum spirituali-  
 „bus, alium temporalibus præficiens, et ante se  
 „præmisit in *Bozanum* . . . De *Bozano* progressi  
 „veniunt *Brixinam* . . . De *Brixina* vero montana  
 „petentes adierunt *Storzingam* oppidum . . . et  
 „*Mittawalden* . . . ac difficillime *Macharei* oppidum  
 „atingunt . . . Procedentes, ita per villas, castel-  
 „la, monasteria transeundo *Augustam* pervenerunt;  
 „ubi a Domino *Sibothone* (nescio an potius *Sige-*  
 „*frido* (e), cum *Sibothonem* electum dicat Catalo-  
 „gus Episcoporum Augustanorum apud *Gasparem*  
 „*Bruschium* anno MCCXXVII. nisi fortassis sit  
 „potius error in Catalogo) Episcopo Augustano,  
 „et eiusdem Clero amicissime sunt excepti. Quin  
 „ipse Dominus Episcopus tanto in Fratres fereba-  
 „tur amore, ut in singulorum oscula ruens ve-  
 „nientes reciperet, abeuntesque dimitteret. Haud  
 „minus Vicedominus quoque, Episcopi nepos,  
 „Fra-

(e) Aptissima hoc in loco crisi utitur WADDINGUS; nam-  
 que *Sigefridus* sedit ab anno 1208. — in 1227. *Sibo-*  
*tho* autem ab anno 1227. in 1252.

„Fratres amplexabatur, qui propria sua curia excedens, Fratribus locum dedit. Dicit præterea non potest, quanta a toto populo sint reverentia et devotione salutati. Eodem itaque anno circa festum *B. Galli Fr. Cæsarius*, primus *Teutoniae* Minister, *Augustæ* cum Fratribus ferme XXXI. primum celebrat Capitulum, et inde per diversas Germaniæ oras Fratres distribuit.“

Itaque, si *Waddingo* fidem habemus (habendam autem omnino existimo; utpote omnia hæc disertissime ac distinctissime narranti) annus post Christum natum MCCXXI. jam ad finem vergens, S. *Francisci* asseclas oris nostris et urbi *Augustæ* primum intulit.

Iuvat subjungere, quæ Liber *Conformitatum Vitæ S. Francisci* in hanc rem habet, scilicet: „Fr. Tertericum, primum Augustanum, a Francisco eiusque Commissario Fr. Cæsario Spirensi, Alemanniæ superioris Ministrum provincialem fuisse constitutum, eumque diem extremam clausisse Augustæ in Ecclesia FF. Minorum conventualium, quam ipse Virgini gloriosæ dicatam reliquit, sepultum anno 1231.“ Advertat autem Lector velim prædictum annum 1231. certo certius in mendo cubare; prout ex verbis *Waddingi* conficitur, ad annum 1239. scribentis: „Inter constitutas sub *Haymone Anglico* Ministro Generali, in Capitulo, Religionis Provincias illa, quæ Germaniæ dicebatur, distincta est in *Argentinensem*, *Coloniensem* et *Saxonicam*. *Argentinenfis* autem primum habuit Ministrum *Fr. Tertericum*, Virum admirandæ perfectionis et sanctitatis, quo in humanis esse desinente, et *Augustæ* sepulto



„Provinciæ freno suscepit, circa annum 1244;  
 „*Fr. Conradus de Cæli-porta* Vir magni zeli et ri-  
 „gidus disciplinæ regularis amator. Mire discre-  
 „pat ab his GONZAGA; sed vel ex ipsa temporis  
 „supputatione, in qua ille valde lapsus est, consta-  
 „bit, vetustis et accurate scriptis his nostris monu-  
 „mentis, seu *Chronicis MSS. (Saxonicis puta)* in-  
 „hærendum esse.“ Ego WADDINGI sententiam  
 eò libentius amplector, quò alienius a vero est,  
 Provinciam illam a morte *B. Terterici*, annoque  
 1231. quem *Liber Conformitatum &c.* habet, usque  
 in annum 1244. Moderatore caruisse.

Audiamus jam, quid *Chronographi Augustani*  
 memorent. *Carolus STENGELIUS* initia *Ordinis S.*  
*Francisci* (in *Augustana* quidem urbe) temporibus  
*Sigefridi* Episcopi illigat. Vide eius *Commenta-*  
*rium Rerum Augustanarum*, pag. 187. *Corbinianus*  
*KHAMM* in *Hierarch. August.* T. I. pag. 237. et  
 239. etsi de *B. Davide* nostro et *Terterico* sub re-  
 gimine *Sigefridi* Episcopi mentionem faciat, postea  
 de *Sibothone* hæc scribit: *Anno 1243. Sibotho FF,*  
*Minores Ordinis S. Francisci* prono civium affectu  
 favente, in *Urbem Augustanam* introduxit. Conci-  
 nit *GASSARUS* in *Annal. August.* p. 1442. scribens  
 (f): *Cæperunt concedente Sibothone circiter annum*  
*salutis 1243. Minores Fraterculi, sive Cordigeri* in  
*civitatem Augsburgensem* primum eò loco versus so-  
 lis ortum ac civitatis mœnia nidificare, quò *Discalcea-*  
*torum* (vulgo *Barfüßer*) *Clastrum & Templum* ho-  
 dieque nomen, sed mutato (g) instituto, antiquum  
 prope *Stræffingerianam* portam servat.

Ex

(f) *V. MENCKENII Script. Rer. Germ.* T. I.

(g) Post sic dictam Reformationem Templum *Acathe-*  
*licæ* parti cessit: *Monasterium* autem in *Gerontocœ-*

Ex prædictis fatis constat, S. Francisci sectatores anno 1221, primùm Augustæ visos: eosdem a Curia Vicedomini commoratos esse; donec *facente civium prono affectu* in Civitate Augustana Templum ac Monasterium acceperunt. Hæc dicta efficiant. De reliquo uti summæ voluptati mihi luco, primordiis Ordinis Minorum S. Francisci in urbe patria aliquid lucis affudisse; ita ægerrime ero, annum, quo B. David noster eidem se Instituto mancipavit, extricare minime potuisse.

*Professorem sacrae Theologiae* Nostrum extitisse, locet titulus *Epistolæ præfixæ* Opusculo Nostrum de *Reformatione exterioris hominis*. Magistrum autem *Novitiorum* fuisse declarat tum memorata *Epistola* quam ad dilectos in Christo Iesu Fratres, Fr. Bertholdum, et omnes Novitios, et Novos Ratisbonæ morantes, diu absens ab ipsis, scripsit: tum *Prælatiuncula* ipsius Opusculi, in qua ait: *Dilectus in Christo Fr. Bertholdo Fr. David: Quod Deo operante bene incepit, ipso cooperante melius consummare! Desiderasti a me, Frater charissime! ut aliquid scriberem tibi ad ædificationem, ex quo absens sum a te, sicut aliquando præsens tibi ore dicere solebam, quando ad tempus Novitiatus tui Magister eram tibi deputatus &c.*

Quanta doctrinæ et sanctitatis laude floruerit, tum dicta hactenus, tum dicenda confirmant. WADDINGUS (h) in hæc verba scribit: „Vitam duxisse innocentissimam Nostrum, asserunt Chronica Saxonica apud me MSS. nec non

G 5

„eius

miuum verum est. Ambo hodieum existant, quæ in suburbium, San-Jacobarum itur.  
(h) L. c. T. IV. p. 359.

„eius mortem revelatam fuisse B. Bertholdo opti-  
 „mo et familiari amico Ratisbonæ e suggestu præ-  
 „dicanti, qui statim eum circumstanti populo valde  
 „commendavit, et in eius laudem e rostris recita-  
 „vit illum Hymni ecclesiastici versiculum :

„Qui pius, prudens, humilis, pudicus,

„Sobrius, castus fuit et quietus,

„Vita dum præsens vegetavit eius

„Corporis artus.

„Sepultus Augustæ beatitatis post mortem tulit  
 „opinionem.“ Studiose aliorum Scriptorum en-  
 „comia, eaque plurima silentio prætermitto, ne  
 Lectorum patientia abuti videar.

De obitu *Nostri* — Annus, quo is vitam clau-  
 sit, explorator est cæteris. De eo RADERUS in  
*Bavaria sancta* ex MSS<sup>to</sup>. Bavarico cuiusdam *Ano-*  
*nymi* sequentia rescripsit: *Anno prædicto (1271)*  
*17. Cal. Decembr, obiit Reverendus, Religiosissimus*  
*B. David in Augusta sepultus, Socius Fr. Bertholdi*  
*de Ratisbona.* Hinc corrigendus *Waddingus T. IV.*  
*p. 363.* qui, etsi ad *Raderum* provocet, habet an-  
 num 1272. fors per oscitantiam, fors per errorem  
 typi. Nil moror hoc loco *Epitaphium*, quod Vir  
 doctus, editor Libri: *Sancti Augustani.* in fol. affert,  
*Gamundia Suevorum extans: Candide Lector! Hoc*  
*sub lapide requiescunt officula Davidis Fraterculi, qui*  
*a S. Francisco huc missus septem cum Fratribus, anno*  
*MCCVIII.* Nam manifestus error in anno est;  
 prout temporis ratio clare ostendit. Anno 1208.  
*S. Franciscus* prima vitæ evangelicæ initia fecit,  
 destitutus tum adhuc discipulis: quos postea na-  
 ctus primam in *Germania* oras Missionem anno  
 1216. disposuit (uti supra innuimus) irrito conatu;  
 eum, qui missi fuerant, ob Linguæ *Germanicæ*  
 im-

imperitiam haud bene intellecti, male excepti tractatique fuerint, ac proin in *Italiam* se denuo receperint.

Sed tempus monet agere de Scriptis Nostri. Extant ab eo:

I. *Formula Novitiorum de exterioris hominis Reformatione.* Hæc primitus sola exiit *Augusta*, dedicata à quodam Anonymo editore (i) *Io. Ant. Velfero*, *Ioannis Augustani Duumviri filio*, *Sec. Jes. Presbytero*: desumpta ex Codice MSS. *Poltinganae Canonicae*. Sed post menses aliquot non multos iterum excusa fuit, junctim cum

II. *Formula Novitiorum de interiori hominis Reformatione*, et

III. *Traçtatu de septem Processibus status religiosi* quas duas tractatiunculas interim subministrarunt Bibliothecæ *Dieffensis & Ettalensis* cœnobiorum, rursus dedicata prædicto *Io. Antonio Velfero*: adjectâ ad calcem *Vitæ S. Gualfardi Augustani*, quæ tamen *Nostri* non est (k).

Prodivisse hæc omnia ex *Typographia ad Insigne Pinus* apud *Io. Prætorium. Augusta*: cum *Privilegio Caesaris perpetuo*, anno 1595. in 12. affirmat *Iacobus BRUCKERUS l. c.* Sed fallitur, & ei ex vero contradicit *G. G. ZAPFIUS* qui in *Libro: Augsburgs - Buchdrucker - Geschichte.* in 4. 1786. *T. I. p. 187.* ambas editiones in annum 1596. reiicit; cui ipsi fides maxime habenda est, quod utram-

(i) *Bruckerus* vel *Marcum* vel *Paulum Velferum* editorem esse, putat. Ego nihil statuo.

(k) Hinc corrige *Corb. KHAMMIUM*, *Vitam hanc Nostro*, in *Hierarch. Auguß. P. II. Colleg. p. 246.* perperam tribuentem.

utramque editionem in sua bibliotheca possederit: Consentit mox citatus KHAMMIUS. Alia Editio *Coloniae*. 1622. in 12. Alia *Constantiae* anno 1727. in 12. procusa mihi præ oculis est. Similiter tria *Opuscula* memorata habentur in *Bibliotheca Patrum Coloniaensi*; *Tom. XIII.* & in *Lugdunensi*, *Tom. XXV.* Opusculum autem *primum* sive *de Reformatione exterioris hominis* invenitur etiam (saltem ex parte maxima, & quoad summam) inter *Opp. S. Bernardi à Mabillonio* edita; ubi vide *Tom. V.* sub titulo: *Ad quid venisti?* Quamvis omnino dicendum sit: non *Bernardum* ex *Nostro*, sed *Nostrum* ex *Bernardo* hausisse; utpote, quem ipsemet citat in *Cap. II.* suæ *Formulæ*.

In *Linguam Germanicam* vertit *Michas SCHMIDMERUS Augustanus* (1) ediditque hoc titulo: *Novitien-Spiegel. I. Theil; vor 300. Jahren durch H. Fr. David von Augsburg St. Franciscen-Ordens in Latein beschrieben. Augsburg. 1596. 12.*

Præfixit *Noster* suæ *Formulæ Novitiorum Præfatiunculam* ad *Fr. Bertholdum*; uti *superius* p. 105. indicavi. Hic quisnam fuerit, non satis constat. Plures *Scriptores*, & hos inter *Io. Alb. Fabricius* ac *Iac. BRUCKERUS*, *Bertholdum Ratisbonensem* fuisse sibi persuaserunt; sed exclamat *Waddingus* in *Annal. Minor. Tom. IV. p. 363.* dicens: „*Bertholdum Ratisbonensem* fuisse, ad quem direxit  
For-

(1) Hic *Schmidmerus* emenso studiorum humaniorum in patria curriculo, *Dillingam* delatus philosophiæ studuit, suffultus liberalitate Gentis *Peutingeriana*, nominatim *Pii Conradi Peutingeri*, summumque in ea *Facultate* gradum, unà cum aliis, per *Andream Sylvium* *Professorem ordinarium philosophiæ* in dicta *Academia* consecutus est anno 1583. 11. *Calend. Julias.*

„Formulam Novitiorum Vir sanctus & devotus Da-  
 „vid de Augusta, asseverat, qui ejus Opuscula edidit,  
 „in Prologo eisdem præmissio in *Bibliotheca PP.*  
 „De quo ego valde dubitaverim : tum quod vetusti  
 „Scriptores Pisanus & Marianus citati, neque di-  
 „scipulum, neque socium huius Davidis Bertholdum  
 „dixerint ; immo potius Davidem Bertholdi socium  
 „conscribant : tum quod Bertholdi tamquam ho-  
 „minis jam undique celeberrimi meminerint supra-  
 „citati Annales ante annum MCCL. & Marianus  
 „moneat, Minoritam factum in juvenili ætate. Cum  
 „itaque juvenis huic Instituto nomen dederit ; ante  
 „viginti & plures annos famosus, ut loquuntur An-  
 „nales, evaserit ; eodemque hoc anno, quo Da-  
 „vid Augustanus obierit, mortuus sit, probabili-  
 „ter colligitur non illius discipulum, cui Instru-  
 „ctionem Tyronum dicaverit, Bertholdum fuisse ;  
 „sed potius Davidem, uti habent Marianus & Pi-  
 „sanus, eius socium dicendum.“ Confirmant hoc,  
 quæ ex RADERO *superius p. 106.* à me citata sunt.  
 Equidem Fabricius ait, de Bertholdo Ratisbonensi lo-  
 quens : *Idem utique videtur Bertholdus, cui David*  
*de Augusta Formulam Novitiorum nominatim dica-*  
*vit, Fratrem appellans & a Novitiis distinguens ; un-*  
*de concidit causa, ob quam Waddingus de alio Ber-*  
*tholdo cogitandum esse putavit.* Sed quæstio non  
 in eo vertitur, utrum David Bertholdum a Novitiis  
 distinxerit ; verùm an Bertholdus Ratisbonensis sub  
 Davide fundamenta vitæ religiosæ jecerit ; cùm  
 in *Præfatiuncula* differte dicatur : *Ad tempus Novi-*  
*tatus tui Magister eram tibi deputatus :* cui rei tum  
 temporis ratio tum argumenta a Waddingo allata  
 refragantur. Iuvat adjungere, quæ in *Bibliotheca*  
*ad SS. Udalricum & Afram* in urbe patria ob-  
 fer-

fervavi. Exstat ibi bis manuscripta *Formula Novitiorum* in 8. & in 4. In utroque Codice occurrit sequens epigraphe: *Incipit Opusculum Fr. David ad juvenem de Reformatione hominis exterioris*. Sequitur mox: *Desiderasti a me Charissime! ut &c. Epistola autem ad dilectos in Christo Iesu Fratres, Fratrem Bertholdum &c. &c.* penitus desideratur, nullaque omnino *Bertholdi* mentio fit.

De Opusculorum *Davidis* præstantia vero, vel ea res sola honorificum præjudicium facit, quod *Formula Novitiorum, de exterioris hominis Reformatione*, per longissimum temporis spatium *S. Bonaventuræ* partus existimatus sit (m). In quam rem audiamus verius solidiusque *Waddingi* sæpissime jam laudati iudicium: „Dignum laudibus, quas in „eum *Trithemius* & *Marianus* (n) contulerunt, esse „*Davidem*, testantur eius Opera ascetica pro instru- „endis Religiosis apprime accommodata; modo tol- „latur scrupulus, illiusne sint an potius sancti *Bonaventuræ*, quæ in *Bibliotheca magna veterum Patrum* (editionis *Coloniensis*) et alibi excusa circum- „feruntur Opuscula *de interioris & exterioris hominis Reformatione & de septem processibus Religiosi*. Id „modo dixerim, quod aliàs in nostrâ elucubratione de Scriptoribus Minoritis largius examina- „bo, primam harum *Formularum* texturam *Bonaventuræ* tribuendam, incrementum vero & „quodcunque in methodo discrimen *Davidi* ad- „scribendum, atque hinc quibusdam visum uni- „versi Operis genuinum inscribere auctorem. Cu- „jus-

(m) Hinc etiam in novissima editione *Opp. S. Bonaventuræ Venetiis*, 1756. proculsa *T. XIII. p. 183.* locum accepit.

(n) Vide eas in limine totius *Narrationis* huius;

„juscumque illa sint, maxime in *præfatione* in *Bibliotheca* citata laudantur; *Medulla* vocantur *perfectionis Evangelicæ*; & existimatur, multiplicem ex eisdem fructum ad omnes omnis generis Religiosos late dimanaturum: ita enim in illis docentur tyrones, ut et veterani multa, quæ utiliter discant, sint reperturi.“

De editis satis — Inedita sunt teste RADERO in *Bavar. Sanct. Tom. I. p. 154.* & KHAMMIO in *Hierarch. August. P. II. Colleg. p. 246.*

I. *Sermones* in præcipuas Deiparæ Festivitates.

II. *Sermones* de Tempore.

III. *Sermones* de Sanctis.

IV. *Expositio brevis* super Regulam FF. Minorum.

Et hæc quidem *Nostro* satis certò tribuuntur, Dubia autem sunt, quæ SANDERUS (o) in monasterio *viridis Vallis* (Gröndal) in Belgio existare monet *Davidis Teutonici* Opuscula.

*De modis Revelationum.*

*De generibus Visionum.*

*De speciebus Tentationum.*

*De Virtutibus.*

*De Profectu Religiosorum.*

*De Affectu orationis.*

*Alia.*

& quem *Theoph. SPIZELIUS* (p) *Augustanus* in *Basileensi* Bibliotheca servari docet cuiusdam *Davidis* Tractatum.

*De perfidia Religiosorum.*

Etenim nomina: *Fr. David* vel *David Teutonicus*,  
nimis

(o) *Hist. Belg. erud. T. II. p. 136.*

(p) *In Biblioth. Arcan. retell. Confes si lubet, FABRICII Biblioth. m. & i. Latinit.*



nimis impropria sint (quod statim initio monui) quam ut *Davidem* nostrum *Augustanum* bene denotent.

Denique *Poireto*, in *Catalog. Auct. mystic.* referre *Nostrum* inter *Mysticos*: &, qui *Poiretum* secutus est, *Arnoldo* placuit; sed minime hoc probatur *Iacobo BRUCKERO*, l. c. quem (si quidem lubet) vide.

DURR (*Thomas*) *Canonicus Regularis.*

„*Augustanus* Suevus, & olim *Dieffensis* in *Bavaria* Collegii *Canonicorum Regularium S. Augustini* Decanus dignissimus, ad instantiam *Fratri* sui germani *D. Ioannis* ad *Insulas Wengenses Ulmæ* Præpositi, ad hoc Collegium, libere resignato Decanatu se contulit, Theologiam scholasticam junioribus *Canonicis* prælecturus. Ibi immaturo fato abreptus, anno 1680. vivere desiit; cum jam prius vernaculo idiomate à se conscriptam

„*Vitam B. Mechtildis Abbatis Dieffensis Ord.*  
„*Cann. Regg.* in 8.  
„typis *Augustanis* procuram orbi litterato dedisset.“

Hæc *Franciscus PETRI* in sua *Germania Canonico-Augustiniana* (a).

B.

(a) Habes eam in *Collectione Scriptor. histor. monast. ecclesiast. Ulmæ*, ubi videsis *P. IV. p. 67.* De *Ioanne* autem Præposito *Wengensi* & fratre *Nostri* videsis, si lubet, *ibidem . P. V. p. 452.*

**B. EGINO Abbas SS. Udalrici & Afræ.**

Patriæ, *Augustæ*, decus insignis, puer a parentibus Deo oblatus sub venerabili Abbate *Diemaro* (a), in Monasterio a *SS. Afræ & Udalrico* nomen gloriosum sortito educatus, & apprime sacris litteris per temporum incrementa imbutus est. Unde, ubi ad juventutis maturitatem pervenit, honestioris vitæ miro flagravat studio. Sed, quia ibi tunc temporis Schisma vigeat, cuius Auctor *Henricus* Rex Romanorum, Causa *Wibertus*, consilio meliore locum mutavit, & in monasterium *S. Blasii*, quod *Hercynia* sylva ambit, confugit. Venerat eò *Gebhardus* & Ducibus *Zaringia*, Monachus *Hirsaugiensis* & *Constantiæ* Episcopus, simili jactatus sorte, jamque sede sua expulsum: atque *Eginonem* in rebus pro Ecclesiæ pace gerendis ferendisque comitem ac socium in *Germania* adlectum, deinceps semel ac iterum ad summum Pontificem *Romam* ablegavit. Inde rediit *Noster* Episcopi frequenter itinerantis lateri nunquam non hæsit; donec ambo obedientia sejunxit, *Eginonemque* (non *neophytum*, non *alienum*: sed *loci ab infantia professum*) domum redire iussit, Abbatæ habenas rectorum. Accidit hoc annò reparatæ a Christo salutis 1109.

In ea dignitate *B. Eginonem* non solum confirmari (b) à *Callixto II.* Pontifice meruit sed etiam se-

(a) *V. CANISII Lektion. antiq. Edition. Basnagiana T. III. P. II. p. 6.* Haud dubie *Diemarus* iste est *Theodorus*, à *KHAMMIO* in *Hierarch. August. P. III. Regul. p. 29.* dictus: qui ab anno 1065. in annum 1080. Abbatiam *San-Udalricanam* tenuit.

(b) *Bullam Confirmationis papalis integram assert KHAMMIUS P. II. Colleg. p. 233. Bibl. August. Alph. X.*

sequentibus collaudari: *Labore multo & fatigatione Apostolicæ sedis misericordiam & pro te & pro tuis Fratribus adiisti . . . multa etiam pro Ecclesiæ unitate atque servitio passi es, & inimicis eius usque ad hæc tempora fideliter atque viriliter restitisti . . . Qui se pro B. Petro tantis & diuturnis exposuere laboribus. . . .*

Primas itaque curas B. Eginus in id intendit, ut disciplinam monasticam temporum perversitate collapsam instauraret, multa frustra moliente cacodæmone; de quibus videri poterit laudatus a me CANISIUS & KHAMMIUS. Post reformatos Subditorum mores, templo S. Afræ reformando, restaurando, atque ornando operam omni laude dignam *Noster* impendit: de quo itidem consulas citatos duos Auctores velim; nam me alia vocant.

Annò 1118. Eginus Concilio *Frideslariensi* (c) à Conone Episcopo *Prænestino*, Legato pontificio adversus *Henricum* Imperatorem eiusque affectas convocato, interfuit, *Hermannus* Episcopo *Augustano* schismatico comparere per contemptum recusante. *Noster*, cum unus ac solus tanti habitus esset, ut ipse maxime negotium, Episcopi ad debitam subiectionem legitimo Pontifici præstandam revocandi, acciperet (d) facile in odium offensivamque Præfulis incurrit: & cum nefariis Episcopi ausis strenue resisteret, universam procellam in caput suum desævientem experiri coactus est (e).

Vis

(c) V. *Labbei & Cossartii Concilia*. T. XII. p. 1247.

Confer KHAMMIUM in *Hierarch. August.* P. II. Col. leg. p. 235.

(d) V. KHAMMIUM *l. c.* p. 234. 235.

(e) Contigit hoc annò 1019. Confer CANISIUM *l. c.* p. 15. ubi dicitur: *Iam decimus Ordinationis Patris huius*

(Egi-

Vis clauſtro ab Epifcopo per milites inferitur; at rei inſolentia commoti cives, facto impetu, ab aditu monaſterii armatam cohortem arcent. Hiſc, fruſtratus cœptis, Præful *Eginonem*, vinculis per inſidias irretitum, clam e civitate educi jubet, duodecim monachis patrem ſuum ſtipantibus, & portentis aliquot rei indignitatem haud obſcure averſantibus. At cives obſeſſa aula epifcopali *Eginonem* reſoſcunt. Epifcopus, ut civium emolliret animos, quamprimum revocandorum monachorum copiam facit: Abbatem ſe reducturum ſpondet. Verùm *Egino* de Epifcopi machinationibus edoſtus, Archiepiſcopum *Moguntinum*, nec non *magnum Epifcoporum, Abbatum, ſeu Prindipum Catholicorum adit colloquium*: communidatoque prudentiorum conſilio, ad *Romanam Sedem*, ut tum pro ſpeciali ſua neceſſitate, tum pro communi Eccleſiæ utilitate recurreret, excitatus iter ſecum conſtituit: & acceptis ab Archiepiſcopo *Moguntino* Litteris commendatitiis viæ ſe dans, ut inſidiantium manus effugeret, per avia et devia *Placentiam*, inde *Rofellam ad Callixtum II. Pontificem*, ibi forte morantem, evadit. Hoſpitem Papa humaniſſime exceptum liberaliter recreavit, *Romamque* deductum in aula tenuit; donec aſſiſtis eius rebus conſuleretur. Expeditis ſubin ad aliquot *Germaniæ* Principes Litteris ſyſtaticis

H 2

No.

(Eginonis) inſtabat annus . . . dum propter juſtitiã pater cum filiis privatur domo. Hinc corrige, quæ in *Placidi BRAUN Not. Codd. MSS. Biblioth. San-Udalrican. Vol. III. p. 141.* habentur: *Ut, mortem Viro Dei poſt multas injurias intendendo, de loco fugere i. ſcilicet anno ſeu abbatialis dignitatis compulſit . . . Omnia enim legendum: anno 10.*

*Nostrum*, Eucharistiæ viatico pastum, crebra inter oscula in *Germaniam* remisit.

*Urbem* linquens *Egino* Episcopum *Aquilejensem* (In CANISIO l. c. lego: *Aquensem*) viæ comitem *Ostiam* usque habuit: conscensa deinde apud *Ostia Tiburina* navi, dum in *Tusciam* tendit, gravissima maris tempestate agitatus, æger *Pisas* pervenit. Ibi extemplo in morbum lethalem incidens, cum sub extremam luctam convenas, lectulum mortualem circumstantes, longâ parænesi ad obedientiam summi Pontificis exhortatus, et Psalmum: *Laudate pueri Dominum* identidem, ceu pius olor lessum sibi, modulatus esset, animam in cœtu Monachorum *Camaldulensium* Creatori die 15. Julii, anni 1122. tradidit, atque apud eosdem *Camaldulenses* in templo *S. Michaelis*, inter Mausolæa Archiepiscoporum *Pisanorum*, tumulo illatus est.

Hunc vitæ cursum finemque habuit *B. Egino*, legum ecclesiasticarum defensor imperterritus, legitimi Pontificis assecla fidus, pastor vigilantissimus, & civium *Augustanorum* patriota meritissimus; quem eum KHAMMIUS l. c. vocat, ex quo allata desumpsi.

Miraculis claruisse *Eginonem*, affirmat STENGELIUS in *Monasteriologia*. Præterea maximam *Nostrum* laudis materiam conficiunt discipuli eius octo, omnes ad abbatialem honorem evecti, nominatim *Wollemarus*, & *Udalscalculus*, qui post *Nostrum* cœnobium *San - Udalricanum* rexerunt: *Frater* *Nostrum germanus*, qui monasterio in *Solenhofen*: *Gottifridus*, qui asceterio *Fuldensi*: *Saxo*, qui *Herbipolensi*: *Adalbertus* (seu *Albericus*) & *Guntherus*, qui *Tegernseensi* clauistro, non sine eximia laude

de & præclarâ nominis famâ, ad nostra tempora usque propagatâ, præfuerunt.

Extant ab *Eginone* nostro

EPISTOLÆ IV.

Harum *prima* ad Fratres monasterii sui, itemque *altera* scripta: *tertia* & *quarta* ad Cives *Augustenses* data est. Habes eas in *CANISII Lectionib. antiqq.* (Editionis *Basnagianæ*) T. III. P. II. p. 15. 16. 17. insertas *Udalscalciæ Narrationi de Controversiis inter Hermannum Episcop. August. & Eginonem Abbatem &c.*

De reliquo non possum non adstipulari sententiæ *P. KHAMMII*, *l. c.* de memoratis *Epistolis* scribentis in verba sequentia: *Adduxi eas ceu testimoniales, quod B. Eginonem non solum Excommunicationis sententiis magna cum reverentia obtemperaverit & mandatis potentissimorum Capitum, contra leges ecclesiasticas evulgatis, imperterrite resistit; sed etiam quod tam suos Religiosos quam universos Augustanos ad obedientiam summo Pontifici Romano præstandam, & Excommunicationis contagionem præcavendam pro viribus cohortatus sit. . . .*

Restant omnino *duo*, quæ hoc loco addere oportet. *Primum*: Paulo ante à me memoratam *Narrationem* certe *Udalscalci* (De hoc meritissimo Viro egi in *Alphabeto I.* præsentis *Bibliothecæ Augustanæ*, pag. 200. seqq.) esse. Nam etfi *l. c. p. 206.* eam ipsi *Eginoni* adscripserim, provocans ad locum *Wilhelmi WITTWERI Monachi San-Udalricani* quendam; postea tamen cognovi, me *WITTWERI* sensum minus fuisse affectum & illius verba: *Porro omnem rei gestæ ordinem usque ad illam ho-*

ram, qua reddidit spiritum, ipse *Vir sanctus (Egino)* in infirmitate positus *luculentissime* descripsit . . . non nisi de fuga *Nostri Romam*, et reliquis, quæ ei, usque dum *Pisis* appulit, acciderunt, interpretanda esse. Certe hæc omnia ipse *Egino* in quarta Epistola ad Cives *Augustanos* accurate exposuit. Confer *P. Placidi BRAUN Notit. de Codd. MSS. Sandalric. Vol. III. p. 6.*

Secundum est: *Hermannum* Episcopum, *B. Eginone* fatis supremis functo, ad saniora rediisse consilia, & *Ecclesiæ unitati* restitutum vitæ actæ piacula sanctis eluisse operibus, *Dioecesinque* suam multa cum laude gubernasse.

### ESCHENLOHER (*Marcus*)

#### *Canonicus Regularis.*

Vitæ *Nostri* circumstantias, eruditosque labores litteris tradere minime intermisit *Franciscus PETRUS* in sua *Germania Canonico-Augustiniana* (a), cuius ipsissima verba hõc locõ subnectere, haud inconueniens arbitror. Sunt autem hæc:

„*Marcus* ESCHENLOHER, *Augustanus Suevus*, „modernus in patrio monasterio ad *S. Crucem Subdecanus, Senior, & Sacerdos Iubilæus*, olim etiam „*Novitiorum Magister, et Parochus*, jam fenecta ætate grandævus, usque hætenus typis publicis expediti fecit, quæ (præter minutiora quædam opuscula suppresso nomine vulgata) jam pridem proprio ingenio confecit, partim etiam ex peregrino „*idiomate Germanice* edidit, et sunt sequentia:

„I.

(a) Hanc videtis in *Collectione Scriptorum Rerum historico-monastico-ecclesiasticarum. Ulmæ. in fol. Tom. III. p. 140.*

„I. *Medicus Eucharisticus Augustanus, seu Historia de SS. Hostia miraculosa Augustæ Vindelico- rum in Ecclesia S. Crucis Cann. Regg. Germanice.* „in 8. Augustæ, typis Ioannis Schönigkii. 1678. (b)

„II. *Guilielmi STANISHURSTI Soc. Iesu Historia „Dominicæ Passionis ex Latino Germanice reddita.* „in 8. Augustæ Vindel. Apud eundem Schönigkium. „1676. & Campiduni. 1678. (c)

„III. *De Animabus in Purgatorio: Armen See- len Glücks-Hafen.* Augspurg. in 8. 1675.

„IV. *Pædagogia Iuventutis Christianæ. Germa- nice.* Augspurg. 1685. in 8.

„V. *Claudii RAINSSANT, Can. Reg. Ordinis S. „Augustini, perpetua Adoratio SS. Sacramenti Altaris „ex Gallico idiomate Germanice reddita.* Augspurg. „Anno 1677. in 8.

„VI. *Meditationes de Passione Domini: Heilsa- mes bitteres Aloë von dem bitteren Leyden und „Sterben unsers gebenedeyten Heilands Iesu Christi.* „Augspurg. 1686. in 8.

„VII. *Instructio pro anima devota cum Deo uni- enda ex Gallico idiomate Germanice reddita.* Aug- „spurg. 1683. in 8.

„VIII. *Henrici Mariæ BOUDON Soli Deo, seu „Unio cum Deo, ex Gallico Germanica.* Augsburg. „1686. in 8.

H 4

„IX.

- (b) Hanc *Nostri* lucubrationem *Augustinus* IMHOF itidem *Canonicus regularis* ad *S. Cracem* Augustæ, & *Præpositus* eius Collegii sequentibus laudat in *Præfatione* ad suum *Dilectum candido-rubicundum.* in 8. *Oktavianum LADER* frequentiore *beneficiorum aliorumque documentorum* enarratione *secutus est* *P. Marcus* ESCHENLOHER.
- (c) *Quarta* Editio huius operis *prodiit* itidem *Campiduni.* 1760.



„IX. *Phaetra ardentium Sagittarum*, das ist:  
 „geistlicher Kocher mit rechtbrinnenden Liebs-Pfeilen  
 „eifriger Begierden zu dem H. Sacrament des Altars.  
 „Augspurg. 1680. in 18.

„X. *Ioannis CRASSET, Soc. Iesu Exercitia* (la  
 „*Manne du Desert)* ex Gallico Germanice reddita, sub  
 „titulo: *Seelen - Ausgang aus der Aegyptischen*  
 „*Dienstbarkeit der Sünd und Laster in das gelobte*  
 „*Land. Monachii.* 1688. in 18.

„XI. *Betrachtungen über die Wort: Gott und*  
 „*Ich, für die geistliche Uebungen auf 10, Tag.* ex  
 „*Gallico Idiomate Germanicè.* Augspurg, anno 1691.  
 in 18.

„XII. *Sacer Fortunæ globus: geistliche Glücks-*  
 „*Kugel.* Augspurg. 1692. in 8. (\*)

„XIII. *Ioannis RUSSALIERE, Eleemosynarii Il-*  
 „*lustriff. D. Ducis de Richelieu, Gymnasium Patien-*  
 „*tia, seu Institutio Sponsæ Iesu Christi crucifixi, ex*  
 „*Gallico Germanice reddita.* Augspurg. 1692. in 18.

„XIV. *Sieben Gebeth von den sieben Blut-Ver-*  
 „*gießungen Christi Iesu auf jeden Tag der Wochen.*  
 „Augspurg. 1690. in 18.

„XV. *Auserlesene Andachten, das allerheiligste*  
 „*in blutrother Gestalt sichtbarliche und wunderthä-*  
 „*tige Sacrament, so in dem hochlöbl. Gottshaus der*  
 „*Regulierten Chorherrn zum H. Creuz in Augspurg*  
 „*wirklich zu verehren aufbehalten wird, absonderlich*  
 „*mit schönen auf jeden Tag der Wochen eingerich-*  
 „*ten Gebethen anzuruffen.* Augspurg. 1693. in 18.

„XVI.

(\*) Integer titulus hic est: *Geistliche Glücks - Kugel an*  
*welcher vortrefliche Leibs - und Seelenvorrath zu ersehen.*

„XVI. *Francisci POMBY Soc. Iesu Modus meditando ex idiomate Gallico Germanice redditus sub titulo: Weiß und Manier recht zu betrachten, und das innerliche Gebeth wohl zuverrichten. Dillingen.* 1694. in 18.

„XVII. *Devotio Novendialis ad Festum Nativitatis Domini et Pentecostes. Germanice.* in 18. Augspurg. 1698.

XVIII. *Iacobi NOUET Soc. Iesu Pia Colloquia cum Deo et Domino nostro Iesu Christo ut Clementissimo, Maximo, Sanctissimo, ex Gallico Germanice reddita. München. 1692. in 4. (d)*

„XIX. *Geistliches Glücksrad. Augspurg. in 18. anno 1693. Suppresso nomine (e).*

„XX. *Geistliche Wallfarth zu dem blutschwizenden Herrn Iesu auf dem Oelberg. Suppresso nomine Authoris, Augspurg. 1696. in 18.*

„XXI. *Infructio de Iubilæo. Germanice. in 18. Augusta Vindelicorum. 1675.*

„XXII. *Advent-Büchlein, das ist 28. Betrachtungen auf einen jeden Tag durch das ganze Advent.*

„XXIII. *Kinderlehren: oder leichtbegreifliche Auslegungen über den ganzen Römisch-Catholischen Catechismus. in 4. Augspurg. (f)*

H 5

Hæc

(d) *Dicavit Noster hoc opus Ioanni Hugoni archiepiscopo Trevirensi, qui, cum anno 1689. Comitii Imperii Augusta celebratis interesset, in cœnobio S. Crucis hospitatus est: de qua re, si lubet, consule P. Corb. KHAMMII Hierarch. August. P. III. regul. pag. 396.*

(e) *Verus huius opusculi titulus est: Geistliches Glücks-Rädlein, welches aus bewehrter Wahrsager ohnschließbaren Regeln die wichtigsten Fragen, die ein nach Glück trachtendes Gemüth aufwerfen könnte, beantwortet.*

(f) *Prodiit in lucem anno 1720.*

Hæc *Franciscus* PETRUS loc. cit. quibus adde libros sequentes, à *Nostro* insuper typis vulgatos:

XXIV. *Unterweisung, wie die vornehmste Uebungen den Tag hindurch wohl und nützlich zu verrichten, eigentlich vor die Novizen und Professen der Geistlichen der H. Ursula vom Institut von Bourdeaux . . . beschriben. Landshut. 1690. Apud Simonem Golowitz.*

XXV. *Lucerna ardens et lucens, das ist: Predigen auf alle Sonn- und Feyertäge des Jahrs. in 4. Augspurg. 1706. In præfatione ait: se has conciones suppressurum fuisse, nisi crebris aliorum precibus ad eas edendas permotus fuisset.*

XXVI. *Drey und vierzig Predigen auf die Festtäge der Heiligen, so in dem Augspurger Bisthum celebrirt werden. in 4to. Augspurg. 1708.*

XXVII. *Lob-Predigen auf die Heiligen Gottes durch das ganze Jahr. in 4to. Augspurg. 1710.*

XXVIII. *Catholischer Seelen-Vorrath von verschiedenen christ-catholischen Gebethern. in 18. Augspurg. 1721.*

XXIX. *Ioann. CRASSET Soc. Iesu. Betrachtungen auf alle Täge des Jahrs. Ex Gallico versum. in 8vo. IV. Theil. Editio VIII. Ratisbonæ. 1760.*

Commemoratur quoque nomen *Nostri* in *RRmi. Francisci, Præpositi Pollingani, Elencho onomastico Scriptorum Ord. Cann. Regg. S. Augustini.*

Insuper *Catalogus Bibliothecæ Canonicæ San-Crucianæ, Augustæ, MSStus* adscribit *Nostro.*

XXX. *Lehr, wie einem Kranken beyzustehen. in 12. Augspurg. 1706.*



## FRIDERICUS a Iesu

*Ord. Carmelitarum.*

Præmam lucem anno 1721. die 6. Novembris *Monachii*, *Bavariæ* metropoli aspexit. Pater ei fuit *Ioannes Georgius Schelhorn* Civis *Monacensis*, mater *Maria*. Apud Patres *Societatis Iesu* liberalibus disciplinis in *Gymnasio* patrio institutus est, in quo morum innocentia & litterarum profectu maxime eminebat. *Monachii* quoque anno 1740. ad diem 24. Junii sacram *Ordinis Carmelitarum Discalceatorum* vestem induit, et insequenti anno, eadem ipsa Junii die, solenni sponione se Deo consecravit.

Fluxit ex hoc sexennium, cum anno 1747. *Noster* primum divino Numini sacrificium *Neo-Mystica Augustæ* obtulit; ubi in *Athenæo Ordinis sui* ad philosophicas, theologicas ac juridicas disciplinas perdiscendas summo studio incubuerat. Atque in hoc triplici curriculo emetiendo, cum singularem ingenii felicitatem pari cum diligentia sociasset, eos progressus fecit, ut æmulos suos longo post se intervallo reliquerit. Ob eam causam à Majoribus *Monachium* destinatus est, ut memoratis scientiis Fratrum suorum ingenia ipse excoleret; quod etiam *Noster* per integri octennii spatium non sine insigni discipulorum fructu egregie præstitit.

Sic, doctrina ac pietate ducibus, ad honorifica Ordinis sui officia pervenit. Anno 1758. in defuncti Prioris *Ursarniensis* locum successit. Anno 1760. *Conventui Ratisbonensi* Prior præfuit. Anno 1763. *Definitor Provinciæ* creatus fuit. Eodem tempore domi-

domicilium sedemque *Augustæ* fixit, quam postea haud amplius abdicavit. Anno 1775. *Augustani* Conventus Prior, tandemque 1778. *Provinciae Bavaricæ* Ordinis sui Præses non Patrum magis consensu, quam meritorum suffragio electus est. Anno 1779. die 1. Martii *Romam* contendit, generatibus Ordinis Comitibus interfuturus.

Denique, postquam ubivis morum integritatem, disciplinæ regularis zelum, doctrinæ amplitudinem certissimis documentis confirmârat, lenta gangræna consumptus, vitam finiit *Augustæ*, die 16. Octobr. 1788. præter ingens sui desiderium sequentes lucubrationes posteritati relinquens.

I. *Cultus Sanctorum, unâ cum Positionibus theologicis, scholastico-polemico-moralibus, publicæ disputationi expositus à PP. FF. Ord. B. V. Mariæ de Monte Carmelo in Collegio Monacensi.* in 4. *Monachii.* 1755.

II. *Quæstiones sacræ Responsonibus concionatoris pro omnibus anni Dominicis ac Festis explanatæ in utilitatem Concionatorum, quibus pro trina semper Concione materia prædicabilis & doctrina moralis subministratur.* in 8. Tomuli IV. *Augustæ Vindel.* 1771.

III. *Heiliges Communion-Buch eingerichtet nach der göttlichen Lehre des Evangeliums auf alle Sonn- und Festtäge des Jahrs.* in 8. *Augspurg.* 1772. Iterum 1785.

IV. *Christlicher Seelen-Wecker, oder anmuthige Morgen-Meß-Beicht-Communion-Abend-Lob- und Dank-Gebethe.* in 12. *Augspurg.* 1773. Iterum 1790.

V. *Des H. Augustins Betrachtungen, einsame Gespräche, und Hand-Büchlein, in einer neuen und richtigern Uebersetzung.* in 8. *Augspurg.* 1775.

VI. *Schule der christlichen und geistlichen Vollkommenheit, allen eifrigen Seelen eröffnet von R. P. Georgio à S. Ioseph, in 8. Augspurg. 1777. Hic Libellus Nostri operâ emendatus & auctus est.*

VII. *Vier Bücher von der Nachfolg Christi in einer neuen Uebersetzung. in 8. Augspurg. 1778. Versio ista Auctori Biblioth. nov. eccles. Friburgens. non illaudata abiit.*

VIII. *Lebens-Beschreibung der Heiligen Gottes, aus dem Römischen Märterbuche gezogen, samt beygefügtten Lehren aus göttlicher Schrift und heiligen Vütern, auf alle Tage des ganzen Jahrs eingerichtet. in 8. Volumina II. Augspurg. 1778.*

IX. *Dreyfache Weise Iosephinischer Andacht für die neun Mittwoch, und alle Feste des H. Vatters Ioseph. in 8. Augspurg. 1779.*

X. *Christliche Tugend-Schule zum Gebrauch aller so wohl geistlichen als weltlichen Ordens-Personen herausgegeben. in 8. Augspurg. 1779. Liber iste à quodam Carmelita calceato pro solis Personis religiosis scriptus prodierat anno 1744. in 12. Noster autem omnium Personarum cuiuscunque statûs usui eundem accommodavit.*

XI. *Theologia moralis universa tripartita ex Operibus BENEDICTI XIV. P. M. nec non CASIBUS CONSCIENTIÆ de mandato Eiusdem propositis & resolutis collecta ac doctrinis D. Thomæ Aquinatis accommodata & illustrata. in 8. Volumina III. 1780. Plura in hoc Opere Autor Biblioth. nov. ecclesiast. Friburgens. Vol. V. p. 394. seqq. improbat, recténe an secus, aliorum iudicium esto.*

XII. *Lexicon Scripturificum multiplicem S. Scripturæ sensum ordine alphabetico exhibens. in 8. Augusta. 1782.*

XIII. *Des H. Augustins Bekenntnisse in 13. Büchern.* in 8. Augspurg. 1783. De hac Versione ita *Bibliotheca nova ecclesiastica Friburgensis. Vol. VI. p. 685. 686.* Theodiscam hanc interpretationem quod attinet, fatemur, eam nobis placuisse plurimum ceu fidam, néque à regulis Grammaticæ theodiscæ multum alienam.

XIV. *Lexicon theologicum, communiorem Theologorum sensum & mentem ordine theologico continens.* Augustæ Vindel. in 8. 1784.

XV. *Buch der Evangelien und Lektionen auf alle Sonn- und Festtage, mit gemeinnützigen Sittenlehren herausgegeben.* in 8. Augspurg. 1785. Tomus I. in *Dominicas.*

XVI. Mox memorati *Operis* Tomus II. in *Festa*, adjecto *Catechismo.* in 8. *Ibidem.* 1787.

Præter hæc typis publicata, reliquit *Noster* (Vir profecto impigerrimus) alia, manu duntaxat scripta, in Tabulario Conventûs *Augustani*; quæ sunt:

1. *Lebens-Beschreibung der Römischen Päpste, nach der aus Befehl des großen Papst Benedicti des XIV. gefertigten Chronologie.* Decurrit usque ad *Vitam Pii VI.* exclusive, in 8.

2. *Patrologia rationalis, i. e. Sententiæ SS. Patrum in rationibus fundatæ, ex præcipuis Ecclesiæ Latinæ Patribus; Hieronymo, Ambrosio, Augustino & Gregorio: nec non Ioanne Chrysostomo ac Bernardo.* in folio. Volumina II.

3. *Wahrheiten, welche aus 24. Bänden neuester Sammlungen jener Schriften, welche von einigen Jahren her bis itzt im Druck erschienen sind*

sind (a), kürzlich zusammen gesammelt, und ordentlich Fragweise vorgestellt und gründlich beantwortet. in 4.

4. Gut-katholischer Christ, d. i. Gut-katholisch abgefasste Glaubens-Lehren, jedem gut-katholischen Christen nothwendig, um den heutigen Glaubens-Stürmern nach dem Sinne der wahren Kirche zu antworten. in 4.

5. Theologische Abhandlungen. Volumina III. Auctor hisce Dissertationibus universam Theologiam dogmaticam, speculativam & moralem complexus est. Opus prælo dignissimum videtur.

6. R. P. F. LIBERII a Iesu, Carmelita discalceati, Opera (b) ad brevitatem, claritatem & ordinem redacta. in 8. Tomuli IV.

(a) Prodiere hæc Scripta obstetricantibus maxime Patribus Collegii quondam Soc. Iesu Augustani: nominatim P. Aloysio Merz; uti supra p. 97. monui.

(b) Publicata hæc prius fuerunt in Italia septem Tomis in folio.

### HEISSIUS (Sebastianus) Soc. Iesu.

Augustæ Vindelicorum in dias luminis auras anno circiter MDLXXI. natus est. Quibus in pueritia magistris usus sit, incertum: adultiorem verò in Academia Ingolstadiana studiis philosophicis non sine egregio profectu sub Iacobo Gretsero vacavisse testatur Carmen Gratulatorum ad Nostrum, cum in dicta Academia, primus ex 17. Candidatis, primò Artium liberalium & Philosophiæ laureâ insigniretur, Promotorè & Præceptore Iacobo Gretsero Soc. Iesu, scriptum abs Leonardo Höniglero Tyrolensi

LL.



*LL. Studioſo* (\*) Huc etiam faciunt *duas Diſputationes*, quas *Noſter* Ingolſtadii, præſidente *Iacobo GRETSERO* præceptore ſuo, publice cum applauſu ſuffinit: quarum *priorem*, de *Demonſtratione* anno 1589. mēſe *Septembri* habitam patruo ſuo *Sebaſtiano Heiſſio* I. V. D. nec non patri ſuo *Udalrico Heiſſio*, ceu ſui in philoſophicis ſtudiis progreſſus ſpecimen, dedicavit: *poſteriore* vero, de *primo Motore*, una cum commilitone *Ioachimo Gotthardo Reichenhallenſi*, anno 1591. circa 17. Kalend. Iunii propugnata *Præſeſſo* totique *Conſilio Congregationis Academicæ* B. V. Mariæ ab angelo ſalutatæ ſacra- vit. Sic per mare philoſophicum triennii ſpatio tranſvectus, portumque plenis velis ingreſſus eodem anno (1591) ſub autumnum *Societati Ieſu*, tum temporis maxime florenti, ſe addidit. In hac ad *Metaphyſices* præcepta in Academia mox nominata (a) tradenda, quæ *Profeſſor publicus*, anno MDXCVIII. aggreſſus eſt. Annis MDC. & ſequentibus eundem in explanandis *Theologicis* occupatum fuiſſe *Monachii*, fidem indubiam faciunt *Libri* ab eo ibidem vulgati, inferius *N. I. II. III. IV. V.* recensendi. *Dillingæ* poſtea *cathedram theologicam* tenuit, uti ex *Opere Noſtri* inferius *N. VI.* memorando liquet, donec tandem MDCIX. iterum *Ingolſtadium* miſſus, in eo *Athenæo* ruruſus *Theologiam* publice profeſſus eſt (b): eoque in officio tam ſollertem atque induſtrium annorum quatuor ſpatio ſe oſtendit, ut quamvis gravibus conflictaretur infirmitatibus, *docendi labores*, inter

ma-

(\*) Uſurpavi hoc *Carmen* meis oculis in *Bibliotheca Collegii S. I. Auguſtini*.

(a) V. *Annales huius Academicæ*, T. II, p. 159.

(b) V. *Annales* mox laudatos.

*manus deportatus ad cathedram*, subierit; immo cum morbis ingravescentibus ad *Academiam* haud amplius posset descendere, theologicas Lectiones in Schola *Rhetorices* aliquamdiu habuerit, donec in ætate anni 1613. omnino fatiscens cathedram *Ioanni Moquetio* cessit, ob eam rem *Monachio Ingolstadium* accersito, & jam antehac *Dillingæ* Theologiam professo (c)

Paulo posthæc *Noster* naturæ debitum solvit, & vivis sublatus anno MDCXIV. Eius laudes ut Lectoribus meis magis cognoscendas dem, juvat addere elogia in eum, litteris consignata. *Philippus ALEGAMBE* (d) de *Sebastiano* sequentia memorat: „Vir fuit singulari ingenio, doctrina eximia, nec his dotibus impare virtute. Vix ullum „erat Scriptorum genus, quod non diligenter voluisset: si quid non meminisset, id omnino non legerat. Hæreses sui temporis luculentis disputationibus editis exagitavit, Eruditorum approbatione singulari... Obit Ingolstadii die XX. Iunii „anno salutis MDCXIV. ætatis XLIII. Religionis „XXIII. quatuor Votorum professus, & controversarum cum hæreticis disputationum Professor „celeberrimus.“

Succedat *Historia Provinciæ Germaniæ superioris Soc. Iesu Tom. IV. p. 90.* quæ ab *Alegambio* allata non solum confirmat, sed etiam sequentia addit: „Sebastianum Heissium, præcipuam Provinciæ spem... cum jam magna præstitisset, multo

(c) V. *Annales citatos, & Historiam Soc. Iesu Provinciæ superior. Germ. T. IV. p. 90.*

(d) In *Biblioth. Script. S. I.*

*Bibl. August. Alph. X.*

„to majora polliceretur, intempestiva succidit mors.  
 „Clarus ille inter Theologos fuit, & ingenio prom-  
 „ptus, & oratione, & stylo . . . Extant eximia  
 „eius (*præter disputationes polemicas*) alia de chri-  
 „stiana Religione Opera. Commentarios (e) præ-  
 „terea scripsit, ex quibus posthumis conjectares,  
 „quanta olim moliturus fuisset.“ . . .

His persimilia de *Nostro Annales quoque Academia Ingolstadianæ, T. II. p. 210.* afferunt. Unde de doctrina, ingenioque *Sebastiani* fatis dictum arbitrans, ad eius *Opera* studiosè enarranda calammum promoveo.

I. *Disputatio Theologica de vera Christi in terris Ecclesia: proprietatibus eius & notis, quibus facile ab omnibus falsis Hæreticorum Ecclesiis internoscatur.* in 4. *Monachii.* 1600.

II. *Disputatio de triumphante in cælis Ecclesia.* *Monachii.* 1600. Prodiit etiam germanice.

III. *Disputatio de Cultu & Invocatione Sanctorum: Veneratione SS. Reliquiarum & Imaginum* 1601. *Monachii.* Prodiit etiam germanice.

IV. *Theses de Natura, Obligatione, & Relaxatione Voti.* in 4. *Monachii.* 1604.

V. *Dialogi sex de augustissimo Corporis & Sanguinis Christi Sacramento, ac Missæ sacrificio; in quibus breviter et amice præcipuè de hoc argumento controversiæ discutiuntur.* in 8. *Monachii.* 1605. Dicitur Noster *Bernardo Abbati San-Gallensi.* Eos in linguam Germanicam translatis *Conrad. Vötterus Soc. Iesu.* in 8. anno 1606. vulgavit titulo sequenti:  
*Sechs*

(e) Utinam addidisset *Historia*, quorsum isti *Commentarii* spectaverint, aut quodnam argumentum tractaverint.

*Sechs unterschiedliche Gespräche vom allerheiligsten Sacrament des Leibs und Bluts Christi. Cæterum istos Dialogos laudem abs Eruditis omnibus & turbae, & adhucdum ferre, testis est Historia Societatis Iesu, Germ. super. T. III. p. 201. ad annum 1605 addens: Non illa (Monachii) incelebris disputatio fuit, quæ augustissimum Eucharistiæ Sacramentum contra hæreticos oppugnatores defensum est, de quo argumento editi a Sebastiano Heissio Dialogi &c.*

VI. *Volumen acatholicum XX. Articulorum Confessionis Augustanæ, editum à Jacobo Heilbrunnero, compendiosè recognitum & castigatum. in 4. Dillingæ. 1608. Iterum Dillingæ prodit auctius 1609. Germanicâ linguâ exivit Ingolstadii. 1609. sub titulo: Behobelung des unkatholischen Pappstthums Iacobi Heilbrunneri. De isto Libro sic Historia S. I. Germ. sup. T. III. p. 385. sentit: Sebastiani Heissii, Theologiæ cathedram Dillingæ obtinentis, Liber adversus Iacobum HEILBRUNNERUM SS. Ducis Neuburgici aulicum Concionatorem vulgatus, & Henrico Episcopo Augustano dicatus, quod fortissime juxta clarissimeque confutat adversarii sui PAPATUM ACATHOLICUM, ætatem tulit, hodièque legentium meretur elogia.*

VII. *Disputatio I. Theologica de Verbo Dei. Haberi scriptum aliquod Dei Verbum. Adversus Impugnatores Roberti Bellarmini, in 4. Dillingæ. 1608.*

VIII. *Disputatio II. Theologica de Verbo Dei. Vere divinos esse libros, quos hodie Sectarii e Canone ab Ecclesia recepto excludunt. Adversus Impugnatores Roberti Bellarmini. in 4. Dillingæ. 1608.*

Harum duarum *Disputationum* titulos minus bene expressit ALEGAMBIUS in *Biblioth. Scriptor. Soc. Iesu.*

IX. *Affertiones theologicae de Natura, & Principiis sacrae Theologiae.* in 4. Dillingæ. 1609. *Calendis Iulii.*

X. *Ad Aphorismos doctrinae Iesuitarum, aliorumque Pontificiorum ex Dictis, Scriptis & Actis publicis collectos Declaratio apologetica.* Ingolstadii. Typis Adami Sartorii. 8. 1609. Dedicavit Noster Vito, Baroni de Rechberg de Hohenrechberg Præposito, Joanni Hieronymo Stor de Ostrach Decano, totique Capitulo Ecclesiae cathedralis Augustanae. De hoc Libro habet sequentia Opus: *Notice des Auteurs Jesuites.* Latine. *Notitia de Auctoribus Iesuitis.*

„Heiffius a laissé plusieurs Ouvrages de Con-  
troverse. Celui, pour le quel il est placé dans  
„le *Recueil sous le Regicide*, a été mis au Greffe à  
„Bourdeaux; et les Arrêts de Paris, de Rouen,  
„et de Rennes n'en font pas mention.“

„Le Titre de l' Ouvrage de Heiffius est celui:  
„*Ad Aphorismos Doctrinae Iesuitarum aliorumque Pontificiorum ex Dictis, Scriptis, Actisque publicis collectos Declaratio apologetica* ... Le Titre est ainsi  
„traduit dans le *Recueil: Declaration apologetique*  
„de Sebastien Heiffius sur les Aphorismes de la doctrine  
„des Iesuites tirés de leurs Discours, Ecrits et  
„Actes publics. L' heretique Auteur des *Aphorismes*  
„attaque les Iesuites comme Papistes ou Catho-  
„liques, & il attaque leur doctrine, comme étoit  
„celle des autres Papistes. C'est, que le marquent  
„evidemment les mots: *aliorumque Pontificiorum.*  
„Le Reducteur supprime ces mots dans la Version  
„françoise. Pourquoi? C'est que les Héretiques  
„du

„du 16. siècle, parcequ'ils étoient ouvertement  
 „hérétiques, attaquoient ouvertement les Iesuites  
 „comme Papistes : au lieu que ceux de nos jours,  
 „qui s'obstinent à se dire Catholiques, n'ose-  
 „roient avouer, que les Iesuites sont Catholiques.  
 „C'est encore que les Hérétiques du 16. siècle con-  
 „fondoient la doctrine Iesuitique avec la doctrine  
 „Papistique : et que ceux de nos jours, qui diri-  
 „gent tous leurs efforts contre les seuls Iesuites,  
 „s'avoueroient coupables d'injustice et de par-  
 „tialité, s'il convenoit, que l'enseignement  
 „des Iesuites est l'enseignement commun des Ca-  
 „tholiques.“

*Latine* — „Heissius plura reliquit Opera po-  
 „lemica. Illud, ob quod in *Collectione de Regicidio*  
 „locum nactus est, in *Burdigalensis Cancellariæ*  
 „Curia depositum fuit; et Decreta *Parisiensi*,  
 „*Rothomagensis*, ac *Rhedonensis* nullam de eo fa-  
 „ciunt mentionem.

„Titulus Operis Heissiani est sequens: *Ad*  
 „*Aphorismos Doctrinæ Iesuitarum aliorumque Pon-*  
 „*tificiorum ex Diâis, Scriptis, Actisque publicis*  
 „*collectos Declaratio apologetica Sebastiani Heissii.*  
 „In *Collectione* sic redditur: *Declaratio apologetica*  
 „*Sebastiani Heissii ad Aphorismos Doctrinæ Iesuitarum,*  
 „*ex eorum Diâis, Scriptis & Actis publicis extractos.*  
 „Auctor hæreticus *Aphorismorum* impugnât Iesuitas  
 „quasi Papistas vel Catholicos, eorumque doctrinam,  
 „quasi Papisticam: id quod evidenter ostendunt  
 „verba: *aliorumque Pontificiorum.* Collector sive  
 „Traductor in *Versione* suppressit verba ista. Qua-  
 „re? Quia Hæretici sæculi 16. utpote aperte hæ-  
 „retici, Iesuitas aperte quasi Papistas impugna-  
 „bant: dum econtra Hæretici nostri temporis, qui

se Catholicos obstinate vocant, fateri nollent, le-  
 „sitas esse catholicos. Deinde quia Hæretici fac-  
 „culi 16. doctrinam Iesuiticam cum Papistica con-  
 „fundebant, dum contra Hæretici nostri temporis,  
 „qui adversus solos Iesuitas omnes conatus suos  
 „dirigunt, se injustitiæ et partium studii reos con-  
 „fiterentur, si concederent, doctrinam Iesuitarum  
 „esse communem doctrinam Catholicorum.“ Con-  
 „ferri poterit, si placet, Liber: *Denckwürdigkei-*  
*ten der Dresdenschen Bibliothek, T. I. p. 348—350.*

XI. *Tres Quæstiones breviter discussæ, Et eeu*  
*Faculæ ad internoscendam Christi in terris Ecclesiam*  
*prolata: Item Lutheranorum Animarum Purgatori-*  
*um, ubi nonnihil de origine Animæ. in 8. Ingolsta-*  
*dii. 1610.* Opusculum, contra *M. Rulichium* Mini-  
 strum Ecclesiæ Protestantium *Augustanæ*, & alios  
 huius commatis scriptum, dedicavit *Noster* Viro  
 summo *Marco Velfero* Duumviro *Augustano*. *Ger-*  
*manice* etiam prodiverunt hæc vertente *P. Conra-*  
*do Vöttero S. I.*

XII. *Theses de Dominio . . . Respondente Io. Henr.*  
*Tannel. Ingolstadii. 1610.*

XIII. *Theses de Restitutione, præcipuo Iustitiæ*  
*actu . . . Respondente M. Casp. Nieffer. Ingolstadii.*  
*1612.*

XIV. *Theses de triptici Baptismo . . . Respon-*  
*dente M. Frid. Pirchingero. Ingolstadii. 1613.*

HERWARTUS (*Ioann. Georg.*) ab *Hohenburg.*  
*Cancellarius Bavaricus, I. V. D.*

Inter primas, quas ex vetustissimis tempori-  
 bus urbs *Augusta Vindelica* habuit, *Patricias Gen-*  
 tes

tes Gens quoque floruit *Herwartorum*, clarorum Virorum feracissima mater. Asserti testem aptissimum habeo *Clementem Lägerum* (a) qui, in Opere suo MSSto de *Origine Gentis Rehlingeris*, *Herwartorum* familiam pluribus commendare non omisit. En ipsa illius verba:

„Auf daß wir nach der guten und wahrhafften  
 „Zeugniß mehr fürbringen, so wollen wir daß  
 „uralt geschlecht der Herwort, welches nach desß  
 „herren Langenmantel daß ältist Geschlecht in dieser  
 „Statt so noch im leben ist, auch für die hand  
 „nemmen. Dises Geschlecht und die LANGEN, und  
 „sonst keines von dieser Statt hab ich mit ganzen  
 „worten alsß Canonici anno 1251. auf dem Hohen  
 „Tumbstift befunden, und ob dises Geschlecht mit  
 „seinem Herkomen schon trefflich alt ist, noch haben  
 „die Herwort dreyerley Wappen und Insigel geführt:  
 „Daß erst so ich gesehen, ist in einem Insigel neben  
 „zweyen Langenmantel, so die zwey R. und den  
 „Römischen Adler geführt, gehangen: und hat zwey  
 „Laub auf zweyen Sparren gegen einander, wie es  
 „daß alt Geschlecht die SCHROEDER geführt, in  
 „dem Insigel gehabt, und ist derselb Herwort, laut  
 „der Schrift darumb, Herr Iohann Herwort ge-  
 „nannt gewesen, er ist auch laut desselben Brieffs  
 „der herren Langenmantel Vetter genannt worden.  
 „Daß ander Wappen, so die herren Herwort geführt,  
 „ist ihr Zeichen, wie sie es noch führen, und also  
 „gewesen. I-E. Solches Zeichen hab ich in einem  
 „Brieff in gelbem Wachs neben anderen gesehen,  
 „welches brieffs datum ist gestanden: anno 1338.

14

und

(a) Vixit is scripsitque circa annum 1550. Eius merita descripta habes in *Alphabeto III. meze Bibliotheca Augustana*, p. 89.



„und ist derselb brieff noch verhanden. Daß dritt  
 „Wappen haben die Herren Herwort noch, denn  
 „alß daß alt Geschlecht die Eillenthaler abgestorben,  
 „da haben die Herren Herwort solches zu führen an-  
 „genommen, welches sie biß auf diese Zeit in ih-  
 „ren Siglen und Wappen herrlich hergebracht ha-  
 „ben. Ich find auch, daß vor Jahren wohl sechs  
 „Herwort vor Vnser Frauen Thor in der behaußung,  
 „da ietzt der Georg Braun wohnt, und daß nechß  
 „hausß daran, welches herren Lienhart Rehlingers  
 „geweßen, aber ietzt der Baumgartner ist, gewohnt  
 „haben: und nachdem sie ihr neues Wappen, die  
 „Kauzen, an gemelte bewohnung in daß Gäßl hin-  
 „umber mahlen lassen, da ist demselben Gäßlein der  
 „Nahm daß Kauzengäßlin geschöpfft und biß auf  
 „diese Zeit in den Steuerbücheren also genennet wor-  
 „den. Sie haben in dem Kloster Sanct Georgi ihr  
 „gemeine Begräbnuß. Zu dem finde ich allerley  
 „Nahmen in dem Herwortischen Geschlecht, wel-  
 „che ich sonst in keinem Geschlecht find, alß  
 „Gremlin Herwort, Bruno Herwort, Glazat Her-  
 „wort, Schmelzlin Herwort, Rosenlacher Herwort,  
 „Ochsler Herwort, und Herwortus Herworti. Die-  
 „weil nun die Herren Herwort dreyerley Wappen ge-  
 „führt, auch sonst mancherley nahmen gehabt, so  
 „folgt darumb nicht, daß sie aus anderem geschlecht  
 „und sonderen Herworten erbohren, oder nit eines  
 „geschlechts seyn sollen, mag auch mit keinem grund  
 „bewißen werden.

Paulo altius Gentis eius originem repetens  
 Reginaldus MOEHNERUS Monachus San - Udalri-  
 canus Augustæ, in Stemmatographia MSS. Famil.  
 Augustæ sequentia affert:

|                                               |                             |                            |
|-----------------------------------------------|-----------------------------|----------------------------|
| <i>Wernherus Hörwart.</i>                     | <i>Diethelmus Hörwart.</i>  | <i>Conradus Hörwart.</i>   |
| <i>Irmongardis a Seinsheim.</i>               | <i>Hilcradis à Rorbach.</i> | <i>Canon. Augustan.</i>    |
| 1175.                                         | 1236.                       | 1251.                      |
| <i>Hedwigis Hörwartin.</i>                    | <i>Henricus Hörwart.</i>    | <i>Sebastian. Hörwart.</i> |
| <i>Monialis S. Catharina.</i>                 | <i>Catharina de Berno.</i>  | <i>Agnos à Laugingow.</i>  |
| 1276.                                         | 1279.                       | 1290.                      |
| <i>Henricus Hörwart, dicitur Rosenlacher.</i> |                             |                            |
| <i>Adelheidis Portnerin.</i>                  |                             |                            |
| 1295.                                         |                             |                            |
| <i>Henricus Hörwart.</i>                      |                             |                            |
| <i>Agnos de Wani.</i>                         |                             |                            |
| 1305.                                         |                             |                            |

Non abludens ab his duobus *Jeremias NEUHOFERUS* (b) Collegii evangelici Ephorus testatur: „Anno 1175. ex prædiis suis in civitatem *Augustanam* migrationem fecisse, & stabile ibidem domicilium fixisse dicuntur *Herwarti* in Diplomate „*Ferdinandi III.* die 15. Maii 1653. dato. Hinc „*Friderici I.* ætate inter primariæ dignitatis cives „eorum fit mentio (c); ex quo per succedanea „temporum intervalla *Curatorum Civitatis, Consulium, Aedilium*, aliaque id genus primæ notæ „munia non vulgari cum laude gesserunt. Eminent inter eos *Sebastianus Herwartus* Duumvir „*Augustanus* anno 1290: *Conradus Herwartus* item Duumvir: *Henricus Herwartus* Duumvir rursus meritissimus, a plebe Reipublicæ clavum „arripiente, anno 1368. summo honore, quem „jam annò 1348. quando ad *Carolum IV.* adeptam „*Imperatorem* ei dignitatem gratulaturus cum „aliis Civibus Augustanis ivit, gesserat, exutus: „*Conradus Herwartus* ad Comitiam Norimbergensem „anni 1524. item Spirensis anni 1526. Legatus „Reipublicæ Augustanæ, tandem Dicasterii imperialis *Spirensis* Assessor. . . .

I 5

„Alii

(b) In *Programmate de Vita & Meritis Io. Dav. Herwarti.* p. 5. cuius verbis nonnulla ex meis *Observationibus* impingo.  
 (c) *V. Gassari & Pauli à Stetten Anal. Augst.*

„Alii deinde ex illustri hac profapia ecclesia-  
 „sticis fulsere dignitatibus, opimis Canonicatibus  
 „in cathedralibus Ecclesiis, *Augustana* (quod au-  
 „divimus) *Ratisbonensi*, *Frisingensi* &c. dotati. Alii,  
 „præter merita in rem civilem parta, litterarum  
 „quoque studiis ac Eruditorum patrocínio incla-  
 „ruerunt. Huc referendus est *Georgius Herwar-*  
 „*tus* magnus *Conradi Celtis* patronus; cuius egre-  
 „giam doctrinam gratus cliens (d) carmine præ-  
 „dicare non intermisit: *Io. Hen. Herwartus* Sena-  
 „tor *Augustanus*, qui, ut ipse erat litteratissimus,  
 „ita Litteratos magno favore, magnisque bene-  
 „ficiis profecutus est, nominatim *Guilhelmum Xy-*  
 „*landrum* (e).“ Alios bellicam gloriam secutos  
 reperio, quos inter nominatim laudandus est  
*Martinus Herwartus*, à Geneographis omissus, Præ-  
 fectus Castellii *Zigethani* in *Hungaria*: qui partem  
 maximam in victoria, ex Turcis anno 1556. ibidem  
 reportata habuit; etsi per acceptum vulnus ener-  
 vis factus est; uti testatum reliquit *SAMBUCUS* in  
*Exposit. Obsid. Zigethanæ*.

Ex dictis abunde patet, quod illustri huius  
 Generis splendor, minime cohiberi sese intra *Au-*  
*gustani* agri fines passus, longe lateque dimanarit.  
 Potissimum vero is in *Bojoariam* sese effudit. Nam-  
 que *Io. Paulus Herwartus* Septemvir *Augustanus*,  
 jam ab anno 1545. liberorum *S. R. I. Baronum*  
 axioma donatus, nec tamen utens, postquam  
 abdicato Civitatis jure ac prædiis suis *Hainhosa*  
 & *Otmarshusa*, prope *Augustam* sitis, ædibusque  
 tribus, quas *Augustæ* possidebat, divenditis in *Ba-*  
*variam*

(d) V. *Conradi Celtis Odorum L. III. Ode 3.*

(e) De hoc vide *Bibliothecæ mezæ Augustanæ Alphabeti-  
 tum VII. p. 234.*

ariam anno 1576. migrans, Arcem suam *Hohenwrgum* coluit (f) ac dignitate *Præfidi* aulici *Mo-  
nachii* ornatus fuit, tanta Posteris suis decora con-  
illavit, ut etiam *Comitum S. R. I.* summis hono-  
ribus coeperint præfulgere. (g)

Utriusque autem laudis (scilicet & quæ ex pro-  
ria civilium publicorumque negotiorum admini-  
stratione, & quæ ex sedulo Musarum cultu ve-  
nit) palmam omnibus præripuisse videtur *Io. Georg.  
Herwartus*, Vir multo clarissimus, cuius laudes  
licere (utinam pro dignitate!) aggredior.

Patres *Nostri* fuit superius memoratus *Ioan-  
nes Paulus*, quem anno 1544. die 30. Iulii matrimo-  
nium inivisse cum *Magdalena Velseria*, Patricia  
Augustana, invenio (\*). Patria *Augusta* existit.  
Hinc in *Annalibus Academiae Ingolstadianæ T. II.*  
p. 11. ubi *Inscriptorum* anno 1574. nomina recen-  
sentur, lego: *Ioannes Georgius*; *Ioannes Christo-  
phorus* (\*\*); *Ioannes Conradus HERWARDI, Fratres  
Nobiles Augustani*. Quæ res inde maiorem fidem  
nanciscitur, quod *Noster* in *Nuncupatoria* sua ad  
*Ludovicum IV. defensum* ultro profiteatur, se pa-  
ne

(f) V. *Pauli à Stetten Historis von Augspurg. T. I. p. 616.*

(g) Qui plura de Gente *Herwartorum* cupit rescire, adeat  
BAYLIUM in *Dictionaire histor. critiq. SEIFERTI Tabul.  
genealog. LANGENMANTEL Historie des Augspurgischen  
Regiments. BUCELINI Germaniam stemmatographicam.  
Io. Frid. GAUCHEN Adels-Lexicon. T. II. & præcipue  
Pauli à STETTEN junioris Geschichte der adelichen Ge-  
schlechter von Augspurg.*

(\*) I. F. GAUCHEN l. c. patrem *Nostri* perperam facit  
*Ioannem Fridericum*. Contradidunt ei BUCELINUS, *Paulus à  
STETTEN junior*, & disertissime citatus NEUMO-  
FERUS.

(\*\*) Hunc postea I. V. *Laurea* donatum, interque Cano-  
nicos *Frisingensis Ecclesie* adlectum fuisse reperio.

ne à puero *Bavarum cælum hausisse*, scilicet tum; quando in pueritia *Hohenburgi* prædio paterno fuit: quando *Ingolstadii* Musis litavit: & cum patre (qui anno 1576. ut dixi, sedes in *Bavariam* transtulit auctor factus stirpis *Herwartianæ*, *Comitum S. R. L.* prærogativa fulgentis) in *Boiorum* terris mansit.

Quibus *Ingolstadii* studiis litaverit *Noster*, *Annales* eius *Academiæ* non exprimunt. Iuri autem eum *civili* ac *publico* discendis: *Politices*, *Historia*, & optimarum artium quarumvis præceptis rite imbibendis strenuam in juventute navasse operam, ut credam ego, faciunt tum *Laurea doctoralis ex Iuris utriusque* scientia pro meritis accepta: tum munia publica, quæ succedente tempore præclare administravit: tum eruditio vasta ac multiplex, quam *Libris editis*, ad calcem huius *Narrationis* enumerandis, clarissime demonstravit: & quam splendidissimis encomiis, paulo post afferendis, *Raderus*, atque *Gretserus*, immo *Maximilianus ipse, Bavarorum Dux*, prædicare non omiserunt.

Itaque cum ingenii dotibus multos antecelleret *Ioannes Georgius*, & doctrinæ variis subsidiis quam optime instructus esset, factum brevi est, ut gravissimis negotiis, & honorificentissimis munitis regundis adhiberetur. Fuit *Imperialis summi Tribunalis Assessor*. Fuit supremus *Ducis Baviaræ Cancellarius*. Fuit *Præses Schwabæ*. Fuit inceptorum *Statuum* utriusque *Baviaræ Cancellarius*. Fuit denique tribus *Principum Bavarorum* generationibus per annos XLV. *Consiliarius*. Atque in his muniis cunctis quæ, quantave pro salute Principum, pro subditorum utilitate, proque incolu-

mi-

mitate totius regionis fecerit *Noster*, prudens quavis mente ac cogitatione facilius assequi poterit, quam ego verbis atque oratione exprimere queam. Quanta autem probitate atque integritate in istis officiis versatus sit, vel inde licet conjicere; quòd minime fuerit, cur summos Principes, rerumque Bavararum arbitros supremos se suaque per longissima hæc temporum spatia in *Nostri* fide atque consilio collocasse pæniteret.

In tantis constitutus occupationibus *Io. Georgius*, tantaque negotiorum mole obrutus, id tamen vel maxime negotii sibi sumpsit, ut otium sibi datum in excolendis litteris contereret. Adamasse eum autem præcipue *Linguae græcæ hebraicæ*que, item *Chronologiæ, Matheos, Philologiæ, Historiæ*, & quæ cum his connectuntur, scientiarum studia, ex dicendis liquido patebit. Atque in hoc argumento quid primò commemorem?

*I.* An eum parasse *Bibliothecam, numero & raritate Librorum* (ut *Annales Academicæ Ingolstadianæ T. II. p. 344.* monent) commendandam, quæ demum anno 1656. ex hæreditate *Nostri* Collegio *Societatis Iesu Ingolstadiensi* cessit: *Bibliothecam* (ut *Iac. Gretserus* (h) habet) *selectissimis Græcanicis libris* referatam?

*II.* An eum cum *Viris suæ ætatis doctrinâ principibus amicitiam necessitudinemque litteratam* contraxisse? Certe hos inter nominare mihi licet *Iacobum PONTANUM; Matthæum RADERUM; Marcum VELSERUM; Davidem HOESCHELIUM;*  
Ioan-

(h) *V. Operum eius T. XIV. p. 350.*

442 HERWARTUS (Ioann. Georg.) ab Hohenburg;

Ioannem KEPLERUM (\*\*\*) quem etiam anno 1601, Ioanni BARVITIO commendare non omisit, & qui suas *Transformationes* anni 1602. perfectas *Nostro* inscripsit; *Michaelen* MOESTLINUM, Virum Rerum mathematicarum cognitione, cum præcedenti, apprime clarum, de quo *inferius* inter *Opp. Nostri*, N. IV. iterum dicitur; denique *Ioannem* MEURSIUM, qui facile unus omnium loco esse poterit. Ad hunc extant *Epistolæ* duæ *Nostri*, quas excellentissimus *Ioannes* LAMIUS nuperæ *Operum Meursianorum* editioni *Florentina* T. XI. p. 264. & 307. inferere: ego ob istius *Collectionis*, pretiosæ admodum, atque hinc non ubivis obvix, præstantiam hõc locõ recudendas curare volui. Sunt illæ sequentes:

I.

„Io. Georg. HERWARTUS Io. MEURSIUS S.

„Cl. & Doctissime Vir!

„Ex Notis *Theodori Douſæ* in *Georgii Logothetæ Chronicon Constantinopolitanum*, pag. 61. intellexi, te quoque post *Georgium Douſam* Notas scripsisse in *Origines Constantinopolitanas Georgii Codini*, quas cum videre summopere desiderem, idque eo magis, quia *Codini Origines MSS.* paulo auctiores in *Bibliotheca Serenissimi nostri* habemus: ideo te rogo etiam atque etiam, ut non dedigneris exemplar harum tuarum *Notarum*, meis sumtibus ad me dirigere. Quod si qua in re tibi vicissim gratificari poterò, habes  
„me

(\*\*\*) V. *Opus epistolicum Keplerianum*, edente *Hauschke*, 1718. in folio, in *Epistola* 322. & 421.

„me ad officia et studia tua promovenda para-  
 „tum et promptum. Datæ Monachii Bavariarum,  
 „XXIV. Febr. MDCXVI.

„Tui studios. & amantissimus

„Io. Georg. Herwart ab  
 „Hohenburg“

## II.

Io. Georg. HERWARTUS Io. MEURSIUS S.

„Misi ad me jam pridem, Cl. ac Doctissimo  
 „Vir! Libellos duos, pro quibus maximas, quas  
 „tibi possum, ago gratias. Et quando etiam  
 „petiisti, ut duos Græcos Bibliothecæ *Bavaricæ*  
 „libros describi curarem, id ipsum exequendum  
 „suscepi. Ac alter quidem, *Hippolytus* scilicet  
 „*Thebanus* (ut inter lustrandum comperi) Græce  
 „ac Latine jam a *Caniso* in suis *Var. Lection.*  
 „*Tom. III. Ingolstadii* editus est; ut ita superva-  
 „caneum putaverim, eundem tibi descriptum vel-  
 „le obferre; quod si nihilominus describi velis,  
 „fac me proxime rei illius certiozem. De altero  
 „vero, qui et satis magnus est, *Davidi Hæschelio*  
 „sæpius insinuavi; qui tametsi non plane recepif-  
 „set, tamen non abnuere videbatur. Quum ve-  
 „ro is non ita pridem rebus humanis excesserit,  
 „omnis mihi spes est succisa; quum non nove-  
 „rim ullum in tota nostra provincia, qui parum  
 „correcte describeret (quin qui perfecte nosset  
 „MSS. legere) aut describendi officium susciperet.  
 „Interim doleo sane, hac in re me tibi pro vo-  
 „luntate gratificari non posse. Ceterum omnes  
 „ade expectamus, quæ et quanta mediteris de  
 „festi-



„festiuitatibus Græcorum. Ea namque, quæ de  
 „iisdem nuper euulgavit *Petrus Castellanus*, des-  
 „derio nostro minus videntur satisfecisse. Vale,  
 „Vir carissime, ac vive feliciter. XXVIII. Martii.  
 „A. MDCXVIII.“

III. An eum (quæ *Nostro* singularis ac pro-  
 pria laus est) hortatorem atque incentorem fuis-  
 se *Bavariæ* Duci *Maximiliano*, ut is Bibliothecam  
 suam, *Græcis Codicibus* refertam, *Viris* doctis  
 Reipublicæ litterariæ prodesse volentibus aperuerit,  
 atque pro libitu utendam clementissimè permise-  
 rit? Quod ipsum ut in maximam Reipublicæ lit-  
 teratæ utilitatem & scientiarum quarumvis in-  
 crementum feliciter eveniret, *Noster* Catalogum  
 eorundem *Codicum* aut confecit ipse, aut saltem  
 confici studiose curavit: de quo pluribus dicere,  
 inferius non omittam.

IV. An eum *Viros* eruditos præclari aliquid  
 conantes modis, quibus poterat, omnibus adju-  
 vasse, v. g. *Davidem HOESCHELIUM*, cui *Procopii*  
*Cæsarensis Historiarum Libros* edere instituenti e  
 Bibliotheca *Bavarica præclarum Codicem MSS.*  
 subministravit: aut vehementer eosdem excitasse,  
 ut præclari quidquam conarentur? Licet mihi in  
 huius rei exemplum adducere mox laudatum *RA-*  
*DERUM*; qui cum *Chronicon Alexandrinum, Mon-*  
*achii, 1615.* in 4. produceret, inter alias *Nostri* lau-  
 des et hanc memorat: ipsum cum doctissimo *Chri-*  
*stophero Gewoldo* eius *Chronici* euulgandi causam  
 maximam existisse. Sine te enim fuisset (sic per-  
 git) lateret in obscuro thesaurus iste tot annis, quot  
 sæculis hætenus delituit.

V. An denique, *Nostrum* per sese Musis egregie litasse, animumque suum singulari plane & excellentissimâ doctrinâ polivisse? Atque huius Asserti mei testes duos in medium si produxero, satis tibi, Lector benevole! omnino me facturum non tam puto, quam plane credo. Audiamus RADERUM, qui *Chronicon Alexandrinum* Nostro dedicans, in hæc eum verba alloquitur: „Haud „sine cæta divinæ mentis suffragatione factum „possis credere, Vir amplissime! uti tibi ab nobilissimis Majoribus tuis (quos ab hinc annis amplius centum, imo trecentis Reipublicæ *Augustianæ* „Consules fuisse reperio) *Nostrua*, Palladis apud „Athenienses insigne, & sacrum consilii, doctrinæ „& sapientiæ argumentum in gemmâ, ceris, annulo relinqueretur (i). Quantum enim consilio „judicioque polleas: quam Iuris omnis, divini ac „humani, omnisque politicæ tractationis prudens „consultusque, clamant amplissimæ in Republicâ „functiones, & varii nobilissimique titulorum honores, tibi à magnis *Bojorum* Principibus delati; „cum ab illis ad intima consilia & summos cancellos, tot annis es adhibitus; cum nunc etiam „supremum *Epistolarum Magistrum* inclitorum totius *Boicæ* Ordinum annis non paucioribus agis; „cum jam pridem in summa Imperii curia, summoque iudicum tribunali apud *Nemetes* iudex ipse „& maximarum causarum cognitor adsedisses. Quid „de ingenii & eruditionis elegantia, atque adeo singulari quadam excellentiâ, apud longinquas etiam „gentes celebratâ, dicam? Nuper cum *Volumen* „in

(i) Scilicet *Nostruam* pro gentilitio Insigni habent. *Hervarti*.

„in publicum euulgasses, quo temporum rationes  
 „ab omni æuo mendosas deprehendisti, ostendisti,  
 „castigasti, atque ad calculum Astronomicum tan-  
 „quam ad Lydii lapidis examen reuocasti, fuit  
 „apud ultimos & toto orbe remotos *Britannos*,  
 „qui rei nouitate perculsus exclamaret: *Τίς υωω-*  
 „*Quis est iste doctus Bauarus?* *υχ υίς αληθῶς ἐκ πολ-*  
 „*λων, ἀλλὰ σχιδόν μόνον ὡς ἐκ πάντων.* *Nouus* (inquam)  
 „*aliquis & alter Trismegistus . . .* Sed illo *Libro*  
 „gustum tantum doctissimis propinasti: multo  
 „sublimiora in scriniis domi, olim emittenda, fer-  
 „uas: De *Aegyptiorum arcanis, loquacibus & taci-*  
 „*tis imaginibus sacris, notis, & symbolis* loquor, quæ  
 „doctissimo *Commentario* exposuisti. Quarum enim  
 „tu litterarum es profanus? qua disciplinâ do-  
 „ctrinæ liberali non initiatus? Ut taceam varias  
 „(præter patriam & peregrinas) quas calles lin-  
 „guas, *Latinam, Græcam, Hebræam.* In *canendi*  
 „*artificio* Orpheum; in *mathefi* Archimedes; in  
 „*Geographiâ* Ptolomæum, *Aegyptios & Chaldæos*  
 „in *astrorum & siderum cognitione, omnisque cæli*  
 „*contemplatione* æmularis. Ut, qui tibi se posse  
 „aliquid noui adferre putet, is tuam tibi *Nocturnam*  
 „donare, aut eâdem *Athenas* beare uelle videatur.  
 „Et hæ tibi tantum ludicræ sunt artes, quibus  
 „grauiorum curas negotiorum interpolare non-  
 „nunquam soles. Quam porro præter hæc omnia,  
 „omnis antiquitatis peritus sis, tua testatur *Chro-*  
 „*nologia*, omni genere eruditionis referta.“

Hactenus RADERUS, cui, ut à me dictis majus  
 pondus addatur, jungere *Gretserum* iuvat; qui in-  
 scribens *Nostro* editas à se *S. Gregorii Nysseni in*  
*Apostolorum Principes Petrum & Paulum*: atque  
*Alexandri Monachi de Inventione S. Crucis Oratio-*

„mes, sequentibus eruditionem *Io. Georgii* nostri  
 „doctosque labores deprædicavit: „Adfero ad te,  
 „Amplissime Domine! duas orationes ex Græco  
 „verſas: alteram *Gregorii Nyſſeni* in Apoſtolorum  
 „Principes Petrum & Paulum, alteram *Alexandri*  
 „*Monachi* de Inventione Sanctæ Crucis. Cauſæ ad-  
 „ferendi cum plures ſuppentant, hanc unam com-  
 „memoro; quia *Græcarum literarum* ut ſcientiſſi-  
 „mus, ita et amantiſſimus es. Quapropter licet  
 „publicis iisque plurimis & graviſſimis diſtriçtus  
 „negotiis, ſemper elaboras, ut Græcis evolven-  
 „dis aliquid temporis impendere queas; teque id  
 „reiſpſa præſtare, teſtantur ipſimet Græcanici libri,  
 „quos ſelectiſſimos in tua Bibliotheca habes, ubi-  
 „que ad oram ſeu marginem *Rubrica* notati, ut,  
 „ubi aliquid præ aliis obſervatu dignum continent,  
 „id reviſenti ad eundem auctorem ſtatim occurrat.  
 „Teſtantur idem lucubrationes tuæ *Hieroglyphicæ*  
 „& *Magneticæ*, eruditione ex Græcorum monu-  
 „mentiſ ſauſta refertiſſimæ, quas cum *Horatio*  
 „non in nonum, ſed contra *Horatium* longè ultra  
 „nonum annum premis. Emitte tandem, & vin-  
 „culis immerentes frenare deſine. Id ut facias, hos  
 „duos, *Nyſſenum* & *Alexandrum*, deprecatores ad  
 „te allego; quos, ut ſpero, etiam mei cauſſâ be-  
 „nigno vultu dignaberis. Vale, Vir Ampliſſime!  
 „*Ingolſtadii*, Kalend. Martii. MDCXX.“

Quæ haſtenus attuli, Lector! pauca illa qui-  
 dem, at nervoſa & luculenta, ſufficient; ut quan-  
 tus in Republica litteraria fuerit HERWARTUS, in-  
 telligas & ceu *Leonem ex ungue* cognoſcas. Reſtat  
 de *Operibus* ab eo vulgatis dicere; quòd hæc ma-  
 xime commonſtrare ſoleant, quidnam doctrinæ  
 cuique Erudito adfuerit. Etiam hoc à me mox

148 HERWARTUS (*Ioann. Georg.*) ab Hohenburg,

præstabitur, ac vitæ *Herwarti* exitum pandero.  
Mortuus est Vir hic, immortalitate dignissimus,  
anno 1622. humatusque in æde *S. Mariæ*, prima-  
ria illa *Monachii*, sequens *Epitaphium* accepit;  
ut quem atrox *Libitina* vivorum è numero rapuit,  
essus memoriam ingrata oblivio ex posterorum  
mente delere non posset.

IOANNES GEORGIUS HERWART  
AB HOHENBURG  
IN PLANEG, PERG, POSCHESRIED  
&  
ALMANSHAUSEN.  
EX ASSESSORE  
SUMMI TRIBUNALIS IMPERATORII  
&  
EX CANCELLARIO SUPREMO  
SSMI, UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCIS  
SUE SERENISSIMÆ CELSITUDINIS  
CONSILIARIUS EX INTIMIS  
PRÆSES SCHWABBÆ  
&  
INCLYTORUM STATUUM UTRIUSQUE BAVARIÆ  
CANCELLARIUS  
QUI  
CUM TRIBUS PRINCIPUM GENERATIONIBUS  
PER XLV. ANNOS  
PRO CONSILIARIO  
OBSEQUENTISSIME INSERVIISSET  
OBIIIT XV. MENSIS IANUARI. A. MDCXXII.  
ANIMAM DEUS COELO  
CORPUS MOESTISSIMI FILII  
AD SINISTRUM ALTARIS CORNU  
INTULERE.

Ha-

Habes de Vita *Nostri* — De eiusdem circumstantiis æconomicis paucissima sunt, quæ afferre licet. Vxorem *Nostro* fuisse *Felicitatem Schöttliam*, tradit MOEHNERUS l. c. Filios plures superstites reliquisse eundem, testatur mox allatum *Epitaphium*: inter hos fuit *Ioannes Fridericus*, de quo in fine *Catalogi Opp. Nostri* mentio recurret.

Opera à *Nostro* edita sunt, quæ sequuntur:

I. *Catalogus Græcorum manuscriptorum Codicum, qui asservantur in inclyta Serenissimi utriusque Bavaricæ Ducis &c. Bibliotheca, in 4. Ingolstadii. 1602. Excudebat Adam Sartorius. Præloquium Libri est: Quisquis catholica fide præditus prodesse voles Reipublicæ litterariæ, hos MSS. Codices conferendi, interpretandi, edendi copia tibi esto: si de iis sine noxa restituendis caveris. Hic Labor si forte, non ex toto, saltem magna ex parte Nostro debetur, teste Præfatione, in qua dicitur: Quod thesaurus iste, in lucem proditus, Antiquitatis studiosis utilis esse incipit; id imprimis ipse Serenissimo Principi, tum etiam nobili & magnifico Domino Io. Georg. Herwardo ab Hohenburg Bavaricæ Cancellario, Viro eruditissimo, in acceptis referes. Audire juvat Iac. Pontanum in Præfat. ad Theophylacti Simocattæ Historiar. Libr. V. III. dicentem: Gratia magna nobili ac magnifico Io. Georg. HERWARTO; cuius cura & impulsu factum est, ut edito Catalogo Codices Græci MSS. Bibliothecæ Bavaricæ cum doctis Viris aliquando ad publicam utilitatem communicarentur. Concinit Iac. GRETSERUS in Præfat. ad Leonis Imp. Homilias IX. dicens: Est Bibliotheca (Bavarica) præstantium Librorum nstruissîma Ἀπείρητος, ἐδ̄ pluris faciendâ, quò faci-*

150 HERWARTUS (Ioann. Georg.) ab Hohenburg,

bior viris eruditis aditus ad eam patet, idque beneficio Io. Georg. Herwardi, omnis disciplinae (potissimum Graecae) studiosissimi. De reliquo Opus admodum rarum & infrequens est. Confer Io. Andr. FABRICII *Abriß &c.* T. I. p. 823. IOECHERN *Gelehrten-Lexicon.*

II. *Thesaurus Hieroglyphicorum.* in folio. *Augustae Vindelicorum.* 1610. Ita docet Martin. LIPENIUS in *Biblioth. philosoph.* p. 649. Beneficium cuiusdam pereruditi Amici videre mihi obtigit huius Operis Exemplar, in cuius titulo tamen nec *annus*, nec *locus* impressionis indicatur, sed duntaxat legitur: *Thesaurus Hieroglyphicorum & Museo Ioannis Georgii Herwart ab Hohenburg I. V. D. &c.* Sunt, si titulum connumereres, *Iconismi XXVI.* maioris formæ, in ære incisi, nullo *Textu* addito. Hos *Iconismos* inter etiam occurrit *Tabula Bembina*, de qua infra *Nro. VIII.* pluribus agetur. Interim ad hunc *Thesaurum* refer. Lector! quæ ex *Radero & Gretsero* pag. 146. & 147. *superius* allegavi.

III. *Tabula Arithmetica προδιαφαιριστω universalis* in folio regali. *Ingolstadtii.* 1611. Mentionem de *Nostro* ob hoc Opus facit Io. Andr. FABRICIUS in *Abriß einer allgemeinen Historie der Gelehrsamkeit*, T. I. p. 450. & 453. ubi eum celebrioribus *Arithmeticis* accenset.

IV. *Novæ, veræ, & exactæ ad calculum Astro-nomicum revocatæ Chronologia, seu temporum ab origine mundi Supputationis Capita præcipua; quibus tota temporum ratio continetur & innumerabiles omnium Chronologorum errores deteguntur. E Museo I. G. Herwart, &c.* in 4. *Monachii Bavariarum.* Ex *Officina Nicol. Henrici.* 1612. Laudat Opus *Augustin.*

gustin. CALMETUS in *Biblioth. sacr. præfixa Dictionario biblico*, p. 186. 189. Editionis Augustanæ, 1738. dicens: *I. G. Herwartus, cuius nos indicavimus Chronologiam, Cancellarium egerat Ducis Bavaris, aliaque historica Opera adornavit recentita apud Drande (\*)*; sed ille præterit hanc Chronologiam impressam *Monachii. 1614. (\*\*)* in 4. *Opus exactissimum, licet male digestum. Quid vero de illo senserit Raderus, supra habes expositum. Iuvat addere ea, quæ Michael MOESTLINUS tum de hac Chronologia privatim, tum de præclaris Nostri dotibus universim ad Io. Keplerum in Epist. XX. perscripsit: Catalogum veterum Chonicorum errorum Herwardus indicat; quem Virum etiam propter ingentes labores & industriam miror ac veneror: præsertim cum sit sincerus & in Doctos benevolus; quod ex humanissima transeuntis compellatione & ex Epistolis benevolentis plenis, ad me datis, intelligo, Verum etsi nondum omnia eius simpliciter probem, magna tamen meorum numerorum chronicorum pars nondum erecta est, præsertim eorum, de quibus proximam Epistolam scripsi. Argumenta ipsius valida sunt, & multum apud me ponderis habent. Cætera, præsertim quæ in Capitibus posterioribus sunt, mihi parum obstant. Quod etiam ipsi in meo ad ipsum Responso significavi: posteriora Capita non ab ipso, sed ab alio (nescio, quo) compilata videri: stylum certe priorum Caputum non sapere. Sed de his alibi... Confer si lubet, eiusdem MOESTLINI Epistolam XIX. &c.*

K 4

V.

(\*) Legendum haud dubie: *Draude*, vel *Draudium*.

(\*\*) Error typi est. Vix enim credo, eam hoc anno repetitis typis exivisse.



V. LUDOVIGUS quartus Imperator defensus: BZOVIVS injuriarum postulatus. in 4. Monachii. Apud Nicol. Henricum. 1618. Dedicavit Noster Maximiliano Duci Bavariæ his inter alia verbis: *Ad signa venio, Princeps serenissime! non tam classico hostis, quam Serenitatis vestræ imperio excitus. Et postea: Ego certe, qui pæne & puero Bavarum cælum haussi, & inter nobilis soli indigenas numeror, faciendum putavi mihi, & mea sponte, et vestræ Serenitatis jussu, ut principum meorum nomen famamque calamo vindicarem &c.* Nimirum ægerri-me ferebat Maximilianus, Progenitorem suum à Bzovio tam acriter impetatum fuisse. Ob eam rem Decretum ducale Nostro misit: *Idcirco Ioanni Georgio Herwarto &c. cuius in Veterum historiis peritiam compertam habemus, mandamus & serio injungimus, ut . . . Casarem Ludovicum & Bzovianis injuriis vindicet &c.* Cum vero præter opinionem Nostri Opus aut sub calamo aut sub prælo grandesceret, consilium cepit, illud bifariam dividendi. Prodiit itaque

*Pro Ludovico quarto Imperatore contra Bzovium Pars altera.* in 4. Monachii. Apud eundem. 1619. Huic accessit:

*Mantissa, sive contra Bzovium Pars tertia, in qua per omnes Europæ provincias specimen exhibetur Bzovianæ in Historia eruditionis.* in 4. Monachii. Apud eundem. 1619. Dedicavit rursus Maximiliano, inter alia disertis verbis profitens, quam aversum ab adulandi studio: quam veritati, quæ prima Historici dos esse cognoscitur, amicum animum gesserit: *Debeo quidem tibi, Serenissime Princeps! me, meos, & mea omnia; veritati tamen & justis-*

*justitia me plus debere profiteor, neque ullam operam do, ut sine his Vestrae Serenitati servitutem seruiam. Sed neque Serenitas Vestra, neque res postulandi ingenium...*

Audiamus modò, quid de hoc Opere Viri docti senserint. Natalis ALEXANDER (k) monet: *Nostri jus electionis Ludovici evidens & inconcussum tam luculentis argumentis probasse, ut illis nihil opponi valeat. Addit tamen: gravissimum fuisse Ludovici facinus Pontificem judicare praesumentis & exautorare tentantis; nec purgare illud potuisse Herwartum.* GUNDLINGIUS (l) Opus Nostri vere eruditum esse testatur. LUDEWIGIUS (m) id laudis Nostro tribuit: *eum confutasse adversarium suum fide Diplomatum ex Principali tabulario acceptorum.* STRUVIUS (n) Opus praclarum vocat, adiciens: *Magna gravitate, judicio, civiliumque et Germanicarum rerum peritia res Ludovici exposuit I. G. Herwartus... magni momenti diplomata ex autographis protulit, optimamque historiae (Ludovici & Friderici Austriaci competitoris) partem scite ornavit.* Fuse etiam de hoc Opera perdocto simul ac per raro, & *Bzovianis Annalibus*, Monachii 1621. excusis, per modum *Appendicis* rursus annexo tractat Michael DENIS in *Merkwürdigkeiten der Garelischen Bibliothek*, p. 527. quem vide, si lubet.

Quomodocunque ista se habeant, sunt tamen Eruditi quidam, qui Opus hoc non *Herwarto* nostro, sed *Iacobo KELLERO S. I.* adscribendum esse volunt; uti monet CLEMENT in *Bibliothèque curieuse*

K 5

rieuse

(k) In *Historia sua ecclesiastica.*

(l) In *Historie der Gelehrtheit.*

(m) In *Præfat. ad Reliquias MSS. p. 99.*

(n) In *Biblioth. histor.*

154 HERWARTUS (*Lann. Georg.*) ab *Hohenburg*;

*riuse historiq. & critiq. T. IX. p. 451. & præcipue magni nominis Vir ille, LEIBNITZIUS (in Miscellaneis Leibnitzianis, editis à Friderico FELLERO 1718. in 12. in Libro: Otium Hannoveranum, p. 141.) contendit. Quorum sententiæ gravissimis certissimisque rationibus motus accedo; ita tamen, ut totam Operis laudem Kellero arrogandam minimè, sed magnam eius partem Nostro tribuendam esse censeam; cum ex allegatis ipfissimis Herwarti verbis luce meridiana clarius pateat, eum Operis auspiciem ac prostatam omnino esse debuisse.*

VI. *Additiones & Emendationes in Marci VELSERI Libros de Rebus Boicis. Has Noster ad oram Exemplaris sui adscripserat: Ioannes vero Caspar LIPPERTUS, Eques Boius, dignas censuit, quas novæ Editioni eorundem Velseri Librorum, à se adornatæ & anno 1777. Augustæ. in 8. procuratæ adjiceret.*

VII. *Epistolæ II. ad Ioannem MEURSIUM, superius verbotenus expressæ.*

Conferri de Nostro poterunt, præter citatos Auctores, DOPPELMAYR in *Nachricht von Nürnbergischen Künstlern. p. 88. 89. Acta Philosophorum. 7.—12. St.*

*Ioanni Georgio, Ioannem Fridericum: patri, filium-addere non tam conveniens, quam necessarium iudico, ut hac ratione, quæ de patre hætenus dixi, ex iis, quæ de filio narraturus sum, majorem lucem accipiant. Natus hic Monachii, venit 1615. in Athenæum Ingolstadianum, in eoque anno 1620. doctoralem Juris utriusque lauream sub Rectore magnifico Leone MENZELIO cepit.*

cepit (o), subin inter *Consiliarios Ducis Bavarie* adlectus. Eius sunt.

VIII. *Admiranda ethnica Theologica Mystera propalata; ubi lapidem Magnetem antiquissimis passim nationibus pro Deo cultum: et artem, qua navigationes magnetica per universum orbem instituerentur, a Veterum Sacerdotibus sub involucris Deorum Dearumque, & aliarum perinde fabularum cortice summo studio occultatam fuisse noviter commonstratur. Accessit exacta Temporum ratio adversus incredibiles Chronologia vulgaris errores. Opus diu desideratum (p) Ioannes Fridericus HERWART ab Hohenburg Consiliarius Bavaricus ex incompletis optimi (q) Parentis p. m. eruit monumentis, atque ad finem perduxit. in 4. c. fig. Ingolstadii. 1623.*

Dicavit filius *Maximiliano Duci Bavarie*, petens, ut, quod Princeps hic in *patre*, Operis primo *Auctore*, qui *tribus Principum generationibus inservierat*, præstitisset, idem in se suisque *Liberis præstare dignaretur*. „Scribendi occasionem dedit (r) „*Tabula seu Mensa indubitatae antiquitatis, quam „ex Cardinalis Petri BEMBI Musæo VINCENTIUS, „Mantuae Dux, in suum cimeliarchium transtulerat: & in qua cultus Isidis hieroglyphicus (In hoc „potior Philosophiae Aegyptiacae pars consistit) „often-*

(o) V. *Annales Academ. Ingolstadii. T. II. p. 211. 226.*

(p) Heic repete, quæ *superius* Iacob. *Gretserus & Matth. Raderus* monuerunt.

(q) Ex his corrige *Scriptores, qui Io. Georg. Herwarto* istud *Opus*, etiam non omnino inepte, attamen minus recte, minusque accurate adscribunt.

(r) Sic monet *STRUVIUS* in *Biblioth. philosoph. p. 194. & 195.*

„ostenditur. Hanc *Tabulam* physice intelligi debere monet *Herwartus*, & de *Magnete* singulas „*figuras* explicat: imo omnes de iis *fabulas* ad „*Magnetem* esse referendas, persuadet sibi.“ *Lælius PASQUALINUS Romanus* sequens iudicium de hac *Lucubratione* ad *Nostrum* perscripsit:

*Expositionem tuam in celebrem illam Tabulam Bembinam vidimus. Nihil illâ elegantius: nihil gratius: addo etiam, in tam obscuris & plane abditis rebus nihil certius: nihil illustrius; ut hæc Tabula ad sensus, ad nutus tuos exprimendos efficta esse videatur &c.*

Longe aliter sensit *D. G. MORHOFIUS (s)* & acriori Opus crisi perstrinxit, Auctorem *ingeniosè stultum* fuisse affirmans; in quo explodendo præcentori *Reinesio* succinuit.

Fuit alius quoque *Ioannes Fridericus (t)* HERWARTUS, *Augustæ* et natus & educatus, qui postea cum parente, prædia sua culturo, in *Bavariam* abiit, equestrium artium tam peritus, ut Opus ab eo congestum sub titulo:

*Die adeliche und ritterliche Kunst der Reuterey.*

anno 1581. in *Tegernsee (u)* typis excusum sit; cui etiamnum honor suus ac pretium apud intel-

(s) In *Polyhistore suo. T. II. L. II. P. I. & T. II. L. II. P. II. c. 32. & T. I. L. V. c. 2.*

(t) Hunc filium natu maxumum *Io. Pauli Herwarti*, & (quod sequitur) fratrem *Io. Georg. Herwarti* nostri facit *Reginb. MOERNERUS L. c.*

(u) Citatus *GAUCHEN* aliam editionem *Tegernseensem*, anni 1577. memorat: & hunc *Io. Fridericum Herwartum* plura edidisse affirmat. Sed horum nihil mihi innotuit.

colligentes constat, teste Perillustri *Paulo à STETTEN* in *Kunst- und Handwerks- Geschichte von Augspurg. P. II. p. 174.* & in *Geschichte der adelichen Geschlechter von Augspurg. p. 105.*

HERZ (*Iosephus*) I. V. Licent.

*Consiliarius ecclesiasticus &c.*

*Kalchenbaci*, pago *Algoviæ*, sub initia labentis sæculi in hanc lucem editus, præclaris ingenii dotibus ornatus, postquam se statui clericali addixisset, longiori temporis spatio *Parochum Dietershofii* prope *Memmingam* egit, itemque munus *Subregentis* Seminarii episcopalis *Pfassenhusani* sustinuit. Exin ab episcopo *Iosepho*, ex *Landgraviis Hassiæ*, *Augustam* accersitus, in album *Consiliariorum ecclesiasticorum*, & *Consistorii Adjesorum* adscriptus est: quo in officio gravissimis negotiis tractandis adhibitus singulari prudentia doctrinaque emicuit. Pluribus insuper annis *Censoris Librorum* & *Visitatoris diæcesani* partibus strenuè functus est. Vitam hanc mortalem finiit die 20. Martii, anno a parta per Christum salute MDCCLXXII. intra horam 2. & 3. *antelucanam*, sequenti Dominica die 22. Martii tumulo illatus, addito sequenti *Epitaphio*, quo sempiternæ hominum memoriæ laudes Nostri pro meritis consecrantur:

D. O. M.

HIC REQUIESCIT

D. IOSEPHUS HERZ KALCHENBAC. ALGOI.

SS. THEOLOG. LICENTIATUS,

RR.

**RR. & SEREN. S. R. I. ELECTORIS TREVIRENSIS, (a)**  
**PRINCIPIS ET EPISCOPI AUGUSTANI**  
**CONSILIARIUS ECCLESIASTICUS,**  
**CONSISTORII ADESSOR,**  
**VISITATOR DIOECESIS &c. &c.**  
**SACERDOS INTEGRITATE,**  
**PAROCHUS ZELO,**  
**CONSILIARIUS PRUDENTIA & SCIENIA**  
**EXCELLENTISSIMUS,**  
**IN LABORIBUS**  
**PRO DEO, ECCLESIA, PROXIMO**  
**INFATIGABILIS.**  
**VERUS CONTEMPTOR MUNDI,**  
**&**  
**QUOD MAIUS EST,**  
**SUI.**  
**IN AMPLISSIMA DOCTRINA, MODESTISSIMUS;**  
**CULTU, VICTU, VITÆ HABITU SIMPLEX:**  
**ET SIBI, DUM VIXIT, DURUS.**  
**RELIQUIT MORIENS**  
**SENATUI ECCLESIAE AUGUSTENSIS**  
**BIBLIOTHECAM (b),**  
**CUI OMNIA IMPENDIT,**  
**QUÆ COMMODA NEGAVIT SIBI:**  
**POSTERIS**  
**LIBROS,**  
**QUOS IPSE SCRIPSIT,**  
**DIGNITATIS & IMMUNITATIS ECCLESIASTICÆ**  
**DEFENSOR AD MORTEM INVICTUS:**  
**OMNI-**

(a) Est hic *Clemens Wenceslaus*, Saxoniae Princeps, qui *Iosepho* episcopo *Augustano* proxime successit.

(b) Possedit eam copiosam admodum ac instructissimam; ut meorum oculorum testimonio cognitum habeo.

OMNIBUS BONIS  
 DESIDERIUM SUI,  
 QUOD NULLA DIES EXTINGUET.  
 PRÆFECTVS ATQVE EXEMPLAR  
 SO DALITATIS LAT.  
 DIE ONOMASTICO EXACTO,  
 MERITORUM QUAM DIERUM  
 PLENIOR,  
 VITAM LABORIOSAM,  
 PIE, UT EGIT, FINIIT  
 ANNO ÆTATIS LXII.

Doctrinæ, quam sibi paraverat, plane singularis testes reliquit sequentes Lucubrationes:

I. *Status Quæstionis de Probabilismo*, in terminis magis restrictis ulteriori Sapien-  
 tium discussioni expositus à quodam Sacerdote sæculari I. H. in 8. *Augustæ Vindelicorum*, sumptibus Ioann. Georg. *Dorner*. Hanc *Nostri* lucubrationem sequenti censurâ perstrinxit *P. Bonif. SCHNEIDENBACH*, Continuator *Theologiæ Luydelianæ*, Tom. VIII. p. 511. dicens: Anno 1766. alius *Augustæ Vindelicorum* prodiit libellus, cui titulus: *Status Quæstionis de Probabilismo &c.* Quamvis autem Auctor, qui dicitur fuisse *P. R. D. Iosephus HERZ*, videatur li-  
 tem voluisse componere; intus tamen & in cute Probabilista, astutamque uapido gestans sub pectore vulpem, usum Probabilismi tanquam licitum omni-  
 opum vi propugnauit, de quo proinde illud ex æquo dixeris: *Laves mihi pelliculam; sed cave, ut ne madefacias.* Rectene, an secus hæc dicta sint, Theologi iudicent?

II. *Vertraute Briefe zwischen einigen Geistlichen von dem vorgeblichen Verderbnisse der Geistlichkeit*  
 samt



samt derselben Hauptquellen, dem herausgekommenen Bedenken eines alten Staats-Minister über die Klagen gegen die Geistlichkeit und derselben Immunität, wie auch andern dergleichen Schriften entgegen gestellt. in 8. Freyburg. 1770. Vulgavit *Noster* per schedas, quolibet mense duo folia emittens in publicum. Totum vero Opus, Eruditorum suffragiis valde approbatum, constat 51. *Epistolis*, in duo volumina dispertitis.

Iisdem temporibus vixit *Augustæ* quidam *Ioannes* HERZ SS. Scripturæ Licentiatuſ, *Nostro* affinitate conjunctus. Egit per plures annos Parochum in *Göggingen*, pagò horulæ spatid *Augustæ* diffitò. Subin in urbem commigrans, *Consiliarii episcopalis*, *Adſessoris Conſistorii*, *Fiscalis*, *Viſitatoris diœceſani*, demum *Provicarii generalis* officium geſſit, inter *Canonicos* quoque *S. Gertrudis* adlectus. Diem ſupremam obiit anno 1785. 24. Maii, nonagenarius. Eius habentur *Conciones aliquot panegyricæ*, variis in locis habitæ, ſeorſum excuſæ. in 4.

### HILTALINGER (Ioannes)

sive

*Ioannes Baſileenſis*, vel de *Baſilea*,

*Ord. Eremit. S. Auguſt.*

Diu anceps hæſitavi, utrum hunc Virum, cetera doctiſſimum clariſſimùmque, *Bibliothecæ meæ Auguſtanae* infererem; eoquod Scriptorum, qui de illo agunt, plerique de patria eius nullam faciunt mentionem. Unus *Chriſtianus IOECHERUS* (a) eum

(a) In *Gelehrten-Lexicon. T. II. v. Ioannes.*

cum *Augustinum* facit: quem proin sequens *Ioannis* nostri laudes memorare constituit.

„HILTALINGER (*Ioannes de Basilea*) natione „*Germanus*, Alumnus Provinciae *Rheno-Suevicæ*, „*Ord. Eremitarum S. Augustini*, filius Cænobii *Basileensis*, vixit sæculo XIV. S. Theologiæ Magister. „Erat sua ætate *Augustiniana* familiæ magnum decus, utpote vir admirabilis ingenii, doctrinæ singularis, et exquisitæ eruditionis, ob egregias „animi dotes tam in *Gallia*, quam *Germania* notissimus. Anno 1371. *Turegi* eligitur Provincia- „lis, in quo officio usque ad annum 1377. permansit. Anno 1379. denuo clavum Provinciae „*Rheno-Suevicæ* per obedientiam tenere iussus est: „verum non diu (*b*) Provinciae suæ hac vice præfuit; nam hoc ipso anno Episcopus *Luborienfis* „(aliqui volunt) *Labacensis* creatur propter præstita Reipublicæ christianæ merita. Excitatus „enim inter Domum *Lotharingicam* et *Burgundicam* controversias feliciter sopivit: plerisque etiam Principibus ac Episcopis in rebus „gravissimis consilio suo inserviit. *Friburgi* in „*Brisgoia* septuagenarius anno 1389. vitam cum „morte permutavit, in Choro ad maius altare „sepultus, teste lapide sepulchrali ibidem existente, cui incisus est cum Insignibus episcopalibus. „Posteris dedit:

„*Commentaria in Libros IV. Sententiarum*, „quæ cum sequentibus in Bibliotheca *Eremitarum*

(*b*) IOECHERUS *l. c.* ait, *Nostri* in Capitulo generali *Basileensi* maxime inclaruisse anno 1381.

*Bibl. August. Alph. X.*

L

„rum S. Augustini Ratisbonæ anno 1401. descripta  
„in fol. existunt :

„*Quæstiones decem.*

„*Lectiones vesperariæ,*“

Ecce Tibi, Lector! breve *Nostri* encomium ex  
*P. Io. Felicis OSSINGERI Biblioth. Augustinian.*  
p. 440. quem vide (si lubet) uti & Auctores, quos  
citat.

*Nicolaus CRUSENIUS* in *Monastico Augustiniano.*  
p. 155. addit: *Virum fuisse in sæcularibus ac  
in sacris litteris versatissimum . . . cuius opera fre-  
quenter usus Rev. Thomas Argentinas Generalis in  
conservanda fidei sinceritate, quæ nonnunquam sub  
ipso in Germania visa fuit periclitari; dum Impe-  
rator Pontifici offensus excommunicatur & Eccle-  
siastici Interdicto subesse iubentur. Capitulum ge-  
nerale Basileense ipse direxit . . . .*

LEO (*Marquardus*) Ord. S. Francisci.

*P. Marquardus* LEO inter insigniores Provin-  
ciæ *Argentinenfis* sive *Allemaniæ superioris* Fratrum  
Minorum Recollectorum Viros tum ob ingenii &  
doctrinæ præstantiam, tum rerum agendarum pe-  
ritiam omnino numerandus, sub finem sæculi *de-  
cimi sexti*, & initia *decimi septimi* claruit; cuius  
(nescio, quî factum) nomen ab iis, qui *Erudi-  
torum Lexica* congefferunt, male prætermissum  
fuit.

Is, si minus patriâ (quod suspicor) *Augusta-  
nus*; at certe urbis *Augustæ* longiori temporis  
spatio incola fuit, ibidemque etiam diem supre-  
mam clausit. Postquam Ordinem S. Francisci am-  
plexus fuerat, *Philosophiam & Theologiam*, præ-  
cipue

cipue *Monachii* atque *Augustæ* docuit: in quo posteriori loco *Lectoris* munus sustinens, insuper *Directorum studiorum* egit, demum *Lector generalis* (ut aiunt) *SS. Theologiæ & S. Scripturæ* renunciatus (a). Variis Opusculis tum latino tum vernaculo sermone in lucem editis Ecclesiam Romanocatholicam, & Provinciam *Argentinesem* insigniter illustravit: *Reformationi* vero protestanticæ, præsertim *Augustæ*, ceu arietem sese opposuit. Aliquamdiu etiam nobilissimo Viro *Henrico de Haslang &c.* à sacris Confessionibus fuit, cuius in immortalis lectulo constituti petitione *M. Bartholom. Rulichium* (b) Verbi Ministrum *Augustæ*, refutavit edito Libro, de quo *inferius N. IX.* dicitur.

Anno 1607. in Capitulo *Passavii* celebrato *Pœnitentiarii* Ecclesiæ cathedralis *Augustanæ*: simulque confratrum suorum, eo tempore adhucdum ædes *D. de GEMMINGEN* cathedralis Ecclesiæ Canonici inhabitantium, *Præses* sive *Superior* constitutus est. Triennio autem post (1610) cum singulari *Nostræ* doctrina, facundia ac morum suavitate permoti Illustrissimi bini DD. *Comites de FUGGER* post longa, gravissima non minus quam fatalia, odia in mutuam gratiam ac benevolentiam rediissent, gratique animi contestandi ergò ad extruendum simul ac conservandum Monasterium Ord. D. Francisci, ad *S. Sepulchrum Salvatoris* dictum, *Augustæ*, eximia sua ac innata liberalitate concurrissent, eidem Cœnobio, à Capitulo

L 2

pitulo

(a) Hæc omnia ex titulis librorum à *Nostris* editorum colligere primum est.

(b) De hoc videre est Librum: *Ministerium evangel. Augustan.*

pitulo Ordinis *Bambergæ* celebrato, primus *Guardianus* datus est.

Altiùs *Nostrum* annus extulit *millesimus, sexcentessimus undecimus*: quando eum Capitulum generale *Romæ* habitum, indefessum *Nostrum* erga Religionem, & Romano-catholicam & Seraphico-Franciscanam, studium fervoremque, & exantlatos in eundem finem labores considerans, in *generalem* totius Ordinis *Diffinitorem* elegit.

Elapsò bienniò Provincia *Argentinenfis* in Capitulo *Monacensi* anni 1613. iterùmque anno 1622. in Capitulo *Augustano* unanimi consensu *Nostrum* in *Ministrum provincialem* sibi adoptavit: qua primaria dignitate bis (ut audivimus) perfunctus, viribus corporis deficientibus, exhaustus laboribus, anno 1630. malò apoplecticò corripit se sensit: ex quo per integrum triennium inter dolores intensissimos lecto affixus jacuit; usque dum anno 1633. die 30. Ianuarii æternam in cælis mercedem recepturus animam efflavit. Corpus eius in crypta Fratrum *Augustæ* contumulatum quiescit.

Opera *Marquardi* typis publicata inveni sequentia:

I. *Conclusiones theologicæ de Sacramentis in genere.* in 4. *Monachii.* 1597. Dicavit *Wilhelmo* Comiti Palatino Rheni, utriusque Bavarix Duci.

II. *Theses de almo Eucharisticæ Sacramento.* in 4. *Monachii.* 1597. Sacravit RRmo Capitulo Ecclesiæ cathedralis *Augustanæ.*

III. *Theses de Anima in communi: Et de vegetativæ, sensitivæ ac rationalis Quidditatibus Et Passionibus.* in 4. *Monachii.* 1597. Dedicavit *Ferdinando* Comiti Palatino Rheni &c. &c.

IV.

IV. *Theses de ineffabili & augustissimo Verbi incarnati Mysterio.* in 4. Monachii. 1599. Sacras esse voluit RRmo Capitulo Ecclesie cathedralis Frisingensis.

V. *Theses de supersubstantiali, secretissimaque, divina Dei Essentia.* in 4. Monachii. 1601. Inscriptis Maximiliano Comiti Palatino Rheni &c.

VI. *Theses de Substantia, Proprietatibus & Conditionibus Spirituum angelicorum, bonorum et malorum.* in 4. 1603. Nuncupavit Ioanni Abbati monasterii Benedicteoburani.

VII. *Axiomata theologica de una, vera & sacrosancta Christi in terris Ecclesia militante.* in 4. Monachii. 1605.

VIII. *Gründliche Erörterung und christliche Widerlegung, daß Martin Luther in allen und jeden, mit dem Römischen Pabstthum streitigen, Punkten gelehrt und geglaubt habe dasjenige, was stracks nach der heiligen Apostel zeiten in den nächstfolgenden 600. Jahren öffentlich ist geglaubt und gelehrt worden: Von D. Georg. Müller Wittenbergischen Prädicanten anno 1606. ausgangen; anjezo aber, nach seinem Ableben, Iacob HEYLBRUNNERS unkatholischem Pabstthumb, dem er sich, neben andern Prädicanten, unterschrieben, entgegenesetzt . . .* in 4. Ingolstadt. 1607. Dicavit iterum RRmo Capitulo Ecclesie cathedralis Augustanæ.

IX. *Fünfzehn fürnehme Fragen unsers heiligen christlichen Glaubens . . . erörtert.* in 8. Ingolstadt. 1607. Consecravit Civibus Augustanis, tum ~~ant-~~ tam tum novam Religionem profitentibus Opus hoc, à se adversus M. Bartholomæi RULICH Mini-

fri Verbi, *Augusta*, Librum: *Befestigung und Schuz wahrer Religion* conscriptum.

X. *Evangelisches Examen und rechtmäßige Behörung der vermeinten christlichen Predigt, vom Beruf der Kirchendiener, M. Melchior. VOLCII (c) Prædicanten bey St. Anna . . . in 4. Ingolstadt. 1609. Dedicavit Ioanni Abbati San - Udalricano.*

XI. *Katechismus wahrer Religion und Glaubens, darinn alles, was ein jeder gutherziger Christ bey diesen Religions-Streit zu bedenken, als in einer Summa begriffen, samt angehängten christlichen Gebethen. in 8. Ingolstadt. 1610.*

XII. *Enumeratio methodica & compendiosa selectissimorum & omni exceptione majorum Scripturum totius Occidentis, Meridiei, & Orientis Ecclesiarum; quibus probatur, non tantum Europæam, sed & Africanam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Antiochenam, Constantinopolitanam, Asiaticam et Orientalem Ecclesiam ante annos M. Romanæ Ecclesiæ, ut Capiti suo, adhæsisse &c. in 8. Ingolstadii. 1609. Inscriptit Ioanni Præposito monasterii S. Crucis Augustæ.*

XIII. *Qualiter cum Hæreticis disputandum sit, & ubi vera Dei in terris Ecclesia sit? Disputatio Bambergæ in Comitibus provincialibus FF. Ord. Min. regul. Observant. publice proposita. in 4. Bambergæ. 1610. Nuncupavit Ioanni Godefrido Episcopo Bambergensi.*

XIV. *Katechismus, oder wahrer christlich - und recht evangelischer Begriff und Inhalt aller und jeder*

(c) De hoc, si vis, consule Librum: *Ministerium evangel. Augustan.*

jeder Punkten der allein seligmachenden wahren Religion und Glaubens. Dillingen. 1618. Iterum Augspurg. 1629. Sacrauit RRmo Capitulo Ecclesiæ cathedralis *Augustanæ*.

XV. *Evangelisches Examen und rechtmäßige Behörung vermeinter Widerlegung eines kleinen Traktätchens* von der Bruderschaft U. L. Frau Raydt genannt, in des H. R. Reichsstadt *Schlettstadt*. in 4. Dillingen. 1619. Dicavit *Christophoro Comiti de Hohenzollern*, à quo per *Ioannem Fuggerum seniore*, de *Kirchberg &c.* Libellum, à *Io. Henr. Hiemero Doctore & Professore Tubingensi* in contrariam sententiam editum, confutandum acceperat.

XVI. *Demonstratio catholica & universalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ & eiusdem orthodoxæ Fidei perpetuæ*. in 4. *Lechusii*. 1622. Inscriptit *Leopoldo Episcopo Argentinensi & Passaviensi*.

Videri de *Nostro* poterunt *IOANNIS à S. Antonio Bibliotheca Franciscana*. in fol. *Madridi*. 1732. *Tom. II. p. 332.* *WADDINGUS de Scriptor. Ord. Minor.* *LASSOR T. II. Universi calamo delineati*, p. 439. *DUPINIUS in Sæc. XVII. & Fortunatus HUEBER in Dreyfache Chronik des Franciscaner-Ordens &c.* in fol. *München*. 1686. p. 779. & 829. quem etiam, si lubet, de *DAVIDE Augustano*, cuius laudes superius celebravi, consule p. 69.

*LUYDL (Corbinianus) Ord. S. Francisci.*

Ex perhonestâ familia ortus *Noster* primam lucem *Augustæ* anno post Christum natum 1718. aspexit. Indolem ad pietatis et scientiarum incre-



menta aptissimam dum ab incunabulis in optimo filio admirabantur parentes, non omiserunt, quin eundem litterarum studiis consecrarent; in quibus, ad inclytum Athenæum *Augustanum* missus, eos progressus fecit, ut commilitones ad unum omnes continuo antecelleret.

Annis auctus, terrena hæc caduca et fluxa esse videns, seque ad Dei Creatoris sui gloriam augendam, quam etiam factis & scriptis postea unice propagavit, vocari ex lumine miserentis Dei agnosceus, pauperem Servatorem æmulari constituit: et Religionem *Seraphicam* in *Hechingano FF. Minorum Recollectorum S. Francisci*, Provinciæ *Argentinenfis*, Conventu anno 1736. amplexus est. Ibi superatis audaciâ heroicâ sacri tyrocinii difficultatibus cunctis, per solennia Vota, anno 1737. 30. Septembris die *S. Hieronymo* Ecclesiæ Doctori plurimum venerando sacra, ex more nuncupata, & Dei et Ordinis Seraphici obsequiis sese totum mancipavit.

Parentes optima, quam de filio conceperant, spe minime lufos esse, subsequens *Corbiniani* regularis vita omnis ad oculum comprobavit. Si quidem is, ad officia *Lectoris* tam *Philosophiæ* quam *Theologiæ: Guardiani*, ut aiunt: *Custodis* Provinciæ: immo *Scriptoris* totius Ordinis promotus, ita præclare per omnia se gessit, ut ad Religionis tum Christianæ tum Seraphicæ emolumentum à Deo specialiter destinatum quis dixerit, & ab ipso Eminentissimo Cardinale ac Episcopo *Passaviensi*, Comite *de FIRMIAN* in *Theologum aulicum* delectus fuerit.

Denique laboribus pro Dei, Ecclesiae & Ordinis gloria susceptis exhaustus viribusque destitutus, ad repositam in caelis mercedem anno 1778. die 28. Novembris in Conventu *Salisburgensi* evocatus, vivere desiit, indelebilem hanc post se relinquens memoriam:

*Quamdiu vixit, tamdiu pro honore Dei & Ecclesiae dixit ac scripsit.*

Ingenii et doctrinae, qua praeditus erat, maximae monumenta sequentia posteritati transmisit, eaque omnia optimae frugis, Auctorisque sui excellentissimam eruditionem testantia. Sunt illa:

I. *Psalterium B. V. Mariae, a S. BONAVENTURA compositum, nunc ad modum Officii Mariani dispositum et auctum.* in 12. *Campidonae.* 1747. Edidit hoc *Noster* tecto nomine suo, praefixitque ei *Epistolam* seu *Elegeiam Clientis Mariani*, pagellarum duodecim, qua ingenium poeticum, longa sedulaque veterum Poetarum *Virgilii, Ovidii &c.* lectione optime formatum, mire comprobavit.

II. *Divinarum Communicationum Ordo ac Series per universam Theosophiae doctrinam decurrens, praecipuis ex eadem deductis aphorismis, theorematis, syntagmatis explicata.* in 8. *Passavii.* 1754. Opus profundam Auctoris scientiam in stylo sublimi ita exhibens, ut non tantum haereticorum errores solidissime refutet; sed etiam suas sententias, ad mentem subtilis Doctores clarissime expositas, contra alios intrepide propugnet.

III. *Cophinograi Philalethis à S. Gerontio Argentinenfis, & Eutychie Neotipisti Bresciensis de Ομολογία Saeculorum super Panis Vini que excuviis in Eucharistia: atque περί Υδαμάτων, sive de Nugamentis,*

*tis, quæ recentiores Phænomenosophi S. Ecclesiæ Riti-  
bus affingere videntur, Epistolæ criticæ XI. Eas cum  
Eruditis communicavit, et Adnotationibus epicriticis  
illustratas, adhuc ineditas, in lucem protraxit P.  
Corbinianus Luydl. in 4. 1756. Pattavii. Sub no-  
mine Cophinograi Nostrum: Eutychiei vero Fortu-  
natum à Brixia latere qui mecum judicaverit, eum  
a vero minime aberraturum credo; cùm hoc statim  
ex Epistola I. satis clare erui possit. Dicavit No-  
ster Io. Richardo Wenceslao L. B. de Starzhausen  
& Ottmaring Canonico Capitulari Ecclesiæ Passa-  
viensis &c. &c. has Epistolas, à sententiarum gra-  
vitate, rationum subtilitate, demonstrationum firmi-  
tate, solidisque Theologiæ principiis fideliter propina-  
tis commendabiles.*

IV. *De primo maximoque Dilectionis Mandato  
relegato ac revocato Diatribæ, Socratica methodo  
pertractata, qua Propositiones diversæ, ecclesiasticæ  
censuræ notatæ, clarius exponuntur & ab inæptis  
interpretationibus vindicantur. in 4. Salisburgi. 1760.  
Scripsit hoc Opus, omni eruditione plenissimum,  
perquam curiosum Noster ad Cl. V. Benedictum  
BONELLI à Cavalesio G. D. S. O.*

V. *Institutiones theologiæ moralis christiænæ &  
evangelicæ in Partes IV; & Dissertationes VII. tri-  
buta: sive Loci communes ac Fontes, in quibus mo-  
rum doctrina, ad SS. Evangelii leges efformata, hau-  
rienda est. in 8. Volumina IV. Ex Ducali Campi-  
donensi Typographæo. 1771. Dedicavit Opus hoc,  
quod jubente RR. P. Petro Iohannetio de Molina  
cœperat, successori eiusdem RR. P. Paschali à  
Variso, Ord. FF. Minorum Ministro generali &c.  
Ceterum in his Institutionibus magno studio magna-  
que*

ne doctrina instruitis, studiosis solida superstruenda Theologiæ moralis fundamenta præbentibus, ad perpetuam Auctoris famam magnopere facientibus, emo erit, qui non multiplicem eruditionem tum icram tum profanam miretur; quâ simul, ac SS. atrum et Scripturæ divinæ lectione diligenti, iaxime exercitatum Auctor sese statim in *Nunspatoria & Præfatione* liquido ostendit: prout lem etiam in reliquis scriptis suis omnibus, plae nullò exceptò, fecit. De reliquo ob has *Institutiones* sequentibus abs prædicto *Paschale a Parisio* collaudari promeruit: „INSTITUTIONES &c. summa animi mei voluptate perlegi, in iisque robur theologicum, et sanioris doctrinæ documenta deprehendi, quod Opus tam eximium apud omnes summa laude et commendatione dignum est. Gratulor itaque Tibi, quod Evangelicam doctrinam firmissime tuearis: Gratulor Ordini nostro, quod habeat eiusdem Evangelicæ doctrinæ Defensores -- Hortor deinde, ut inceptas lucubrationes eadem methodo et doctrina ad maiorem Dei gloriam, ad Evangelicæ Theologiæ fulcimentum, et ad Ordinis nostri decorem prosequaris. Perge igitur, doctissime Vir! in tuis laboribus, mercedem à Domino recepturus, à quo omnium benedictionum cumulum tibi auspico.“

VI, *Theologia moralis christiana & evangelica x purioribus sincerisque S. Scripturæ ac D. Traditionis fontibus hausta* in. 8. 1772. *Ex Ducali Campidonensi Typographæo.* Tomus I. II. III. IV. V. VI. dicavit RR. ac Cels. D. D. *Honorio S. R. I. Principi, Abbati Campidonens.* Opus omni eruditione

ne & doctrina plenum, elegantique stylo latino elaboratum est: cuius residuos Tomos, morte præmatura abreptus, manuscriptos *P. Bonifacio Schneidenbach*, de quo paulo ante, p. 159. mentio injecta est, Continuatori concredidit.

MAIER (*Christophorus*) *Soc. Iesu.*

Natione *Germanus*, patriâ *Augustanus* in *Suevia*, natus anno 1568. junior adhuc *Societati Iesu* se mancipavit. Vir fuit à doctrina commendatus, quique *Philosophiam* ac *Theologiam* totis 30. annis *Passavii*, *Brixinæ* (a), *Græcii*, & *Viennæ* tractavit. *Græcensæ* *Academiam* *Cancellarius* administravit. *Disputator* egregius, acer juxta ac jucundus. Præfuit sexenniô *Patribus junioribus Societatis Iesu* in tertio *Probationis* anno instruendis. Mirum fuit, cum tanta doctrina quantam conjunxerit animi simplicitatem & modestiam, quâ unâ non domesticis tantum sed externis etiam summis Viris, atque ipsi *Ferdinando II.* Cæsari *Augusto*, qui in rebus conscientizæ difficillimis eius operâ usus est, carus fuit. Obiit *Viennæ* die 11. *Octobris* anno 1626. ætatis suæ 58. ab ingressu in *Societatem* 44. in qua & quatuor solennia *Vota* emiserat, & *Doctôr Theologiæ* renunciatus fuerat. Edidit:

I. *Octo Fidei Controversiæ*, ob quas solas plerique hoc tempore difficultatem habent redeundi ad *Ecclesiam manifeste Catholicam*, nimirum: 1. *De Necessitate bonorum Operum.* 2. *De Communionem sub*

(a) Non *Petavii* (*Padua*) *Brixinæ* (*Brescia*) quæ sunt urbes *Italiæ*.

*sub una specie.* 3. De Christi præsentia in Eucharistia. 4. De Purgatorio. 5. De Cultu & Invocatione Sanctorum. 6. De Cultu SS. Reliquiarum. 7. De Cultu SS. Imaginum. 8. De Traditionibus. Colonia, Apud Ioannem Kinckium. in 8. 1622. Item Norimbergæ. in 12. 1626. Item (a) rursus Colonia. 1629. Prodiit etiam Germanice (b) anno 1629.

Has Controversias (c) cum Ioannes HOFERUS, auctoritate Academiæ Lipsiensis & Electoris Saxoniæ, refutare aggressus esset, in ipso molimine vi veritatis, quam in iis conspexit, impulsus profugit Viennam, & se ad Ecclesiam catholicam primum deinde etiam ad Societatem Iesu adjunxit; in qua, confectis novo animo studiis, prælia multa molitus est in hostes veritatis. Sed ad Nostrum.

Compilavit Christophorus insuper Tomos tres

II. In Partem tertiam S. Thomæ, quorum  
 1. De Ingressu Christi in mundum et progressu usque ad annum ætatis tricesimum agit. 2. De Congressu Christi cum hominibus, conversando, docendo, miracula patrando, tractat. 3. De egressu eius ex hoc mundo differit (d). Hos ad typum jam approbatos, non edidit temporum et bellorum, quibus diu Germania flagravat, iniquitate impeditus. Asservavit itaque ineditos Collegium

(a) Ita testatur Mart. Lipenius in Biblioth. theolog. T. I. p. 456.

(b) Ita testatur idem L. c. T. II. p. 656.

(c) Adversus eas Hypomnemata Henricum Höpferum scripsisse, monet IOECHER in Gelehrten Lexicon. v. Mayer. Mox de Hofero narranda silentiō premit altō.

(d) Hinc corrige eos. qui ex hoc unico Opere perperam duo faciunt.

gium Societ. Iesu Colonienſe. Hæc de Noſtro ſort  
VELLVS verbatim.

Laudat Noſtrum quoque BAILLETUS in Libro :  
*Jugemens des Scavans. T. VI. P. I. p. 178. 179.* ubi  
recenſens *Satiras personales*, ſub titulo *Anti-editas*,  
monet: adverſus Noſtrum anno 1626. ſcripſiſſe  
*Ioannem Himmelſium* Librum in 4. hac epigraphe:  
*Anti-Mayerus.*

### MAYSACH (*Henricus de*)

*Abbas San-Udalricanus.*

Claruit is ſæculo XII. exeunte in monaſterio  
SS. *Udalrici & Afræ, Auguſtæ*; in quo Ordini *S.*  
*Benedicti* nomen dederat, et ſacræ ſuppelleſtilis  
*Theſaurarium* egit. Mortuo *Udalrico de Biberbach*,  
ad abbatialem dignitatem anno 1174. unanimi Mo-  
nachorum voce ſublimatus, creditum curæ ſuæ  
Aſceterium optime adminiſtravit, variis bonis au-  
xit, eiusque jura abs *Alexandro III.* ſummo Pon-  
tifice confirmari ac ſtabiliri fecit; prout teſtatur  
KHAMMIUS, qui in *Hierarch. Auguſtan. P. III.*  
*Regul. p. 41.* Bullam memorati Papæ exhibere  
totam non prætermiſit (a).

Fuit *Henricus* genere nobilis, at virtute et  
ſcientia multo nobilior. Hinc de litterariis eius  
laudibus afferre ſequentia, mihi licet.

*Abecedarium Salomonis*, Abbatis ad *S. Gallum*,  
poſtea *Epilcopi Conſtantiensis*, Opus plane memo-  
rabile, conſcribi juſſit. Ipſe picturas & aulæa, qui-  
bus Chorum *S. Udalrici* veſtiverat, *poematibus ac*  
*lem-*

(a) Confer etiam *Gaſſarum* in *Annal. Augſpurg.* inter  
*Muncheniſi Script. Rer. Brunvic. T. I. p. 1429.*

mmatis exornavit : quæ WITTWERUS in *Catalogo ISS. Abbatum SS. Udalrici & Afræ. p. 91. seqq.* e forte penitus hæc clarissima doctrinæ *Nostri* ocumenta temporum iniuriâ interciderent, re-ribere non omisit : & quorum unum, speciminis cõd, *P. Placidus BRAUN* in *Notit. histor. littèr. de Jodibus MSS. Biblioth. San-Udalrican. Vol. III. . 9.* exhibet ; quem proinde consulas velim.

Repetere quoque hõc locõ oportet, quæ LI-ENIUS in *Biblioth. philosoph. p. 137.* monuit se-uentibûs verbis : *Henricus de Maysach Abbas S. Iffræi (b) scripsit Chronica de Episcopis & Abbatibus Augustanis MSS.* quæ tamen haud amplius extant.

Decessit *Noster* anno salutis 1179. 16. Calend. Octobris.

Hactenus dicta supplendæ *Io. Alb. FABRICII Biblioth. m. & i, Latinitat.* inservire poterunt.

b) *Leges : Afræ.*

### MERZ (*M. Philippus Paulus.*)

Patriâ *Augustanus*, jam *Magisterii* honores interios adeptus, jam ad concionandi munus promotus fuerat, cum Religione (ut aiunt) *evangelica*, qua natus erat, abdicatâ ad gremium Ecclesiæ catholicæ circa annum 1724. redivit. Postea sacris Ordinibus inauguratus, in cathedrali Ecclesia *Iugustana*, itemque *S. Stephani* Cooperatorem parochiæ annorum 9. spatio egit. Anno fere 1743. *Archiam Schwabsoyensem* in *Algovia* regendam suscepit : unde sub vitæ finem denuo *Augustam* referens, in patria diem clausit supremum. Hu-



matus in Ecclesiæ cathedralis cœmeterio testæ  
(vulgò: *Die finstere Gräbt*) sequens habet Epita-  
phium (a):

HUC CECIDIT FELICITER

A. R. D.

PHILIPPUS MERZ,

QUI EX COENO LUTHERI EMERSUS,

OVILE CATHOLICUM INGRESSUS,

ET SACERDOTIUM ULTRA XX. ANNOS,

ET CURAM ANIMARUM ZELOSISSE GESSIT

AUGUSTÆ ET IN SCHWAB SOYEN.

OBIIT 15. OCTOBRIS, ANNO 1754.

R. I. P.

Hæc de Vitæ *Nostri* circumstantiis — Iam  
de litterariis eiusdem Laboribus. Sunt isti:

I. *Entweder katholisch, oder wider die Bibel, von der gewissen Hoffnung, die Seligkeit zu erlangen.* in 8. *Augsburg.* 1726. Huius Operis scribendi occasionem ipsemet pandit in *Præfatione ad Thesaurum suum (b) biblicum*, de quo mox dicetur, his verbis: *Cum per Scripturas sacras, et ex illis divinitus acceptam lucem veritatem Fidei & Religionis catholicæ divinâ gratiâ invenissem, statim post salutiferam conversionem meam objecerunt Verbi Ministri, dicentes: se nihil magis optare, quam ut catholicam Fidem ex Scripturis ipsis demonstrarem, bene sci-*

(a) Communicavit mihi Perillustri *Paulus & STETTEN*, jam summa apud *Augustanos* Duceviratus dignitate conspicuus, qui ut in aliis patriæ monumentis colligendis, ita etiam in describendis per templa *Augustana* epitaphiis maxime laudabilem curam locavit.

(b) Coufer *Io. Nic. WEISLINGERI gründliche Antwort.* T. II. p. 184.

*scientes, quod et ego (absque omni vana gloria) S. Scripturam a juventute (2. ad Timoth. 3, 15.) nove-  
rim. Demonstravi illam, & juxta monitum S. Petri I.  
3, 15. dicentis: Parati estote semper ad satisfac-  
tionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ  
in vobis est, spe, edidi Librum germanicè, inti-  
tulum: Entweder katholisch &c. &c.*

*Hic Libellus, pergit, cum dudum distractus es-  
set, et tantummodo controversos Fidei articulos con-  
tineret, melior mihi et gratior oblata est occasio  
amorem meum et fervorem in studio scripturistico pu-  
blicè demonstrandi, dum petiit à me spectatissimus D.  
Veith, velim ipsi libellum quendam in octava forma:  
Thesaurus Bibliorum &c. intitulum, collectum à  
Guilielmo Alotto Anglo, ac divulgatum et typis  
mandatum Antverpiæ jam 1581. amplificare et cor-  
rigere. Adauxi hunc, et, ex pluribus Authoribus  
magni ponderis, collegi completum Opus, quod tanta  
industria, sudore et labore confectum est, ut vix  
completius et perfectius esse possit, ad minimum à  
Lit. P. usque ad finem, cum in his literis colligen-  
dis plus temporis et adminiculi acquisiverim. Omnia  
et singula dicta ipse evolvi, recognovi, ac restitui,  
ita ut asscurare Lectorem possim, caput et versus  
accuratissime esse apposita. Atque hac ratione  
exiit Opus omni laude dignum*

*II. Thesaurus biblicus completus, locupletissimus,  
ex ipsis SS. Scripturarum visceribus & medullis con-  
gestus: i. e. Dicta et exempla biblica, seu Concor-  
dantiæ reales. in 4. Augustæ. In officina Veithiana.  
1733. Iterum 1751. ex eadem. in 4. Iterum ibi-  
dem, ex Officina Matthæi Rieger & Fitorum. in 8.  
Vol. II. 1791. Recusum quoque Venetiis Opus  
fuit.*

*Bibl. August. Alph. X.*

*M*

*III.*

III. *Thesauri biblici Pars II. nempe Onomasticon biblicum, seu Index ac Dictionarium historico-etymologicum, continens non solum et praecipue succinctam Historiam omnium Personarum &c. immo omnium Nominum propriorum & appellativorum... etymologiam &c. in 4. Ex Officina Veitthiana. 1738. In Praefatione spem Publico fecit, insuper Memorialis cuinsdam & Conciliatorii biblici obtinendi, his verbis: Maxime si Memoriale biblicum, si tandem Conciliatorium meum biblicum locorum inter se specietenus contradicentium simul possideas. Ex quibus non ineptè inferas: utriusque Operis, si non ex toto, saltem ex parte, materiem congestam habuisse Nostrum. Utcunque sit, horum, quod typis excusum esset, nihil reperire potui. Interim haectenus allata abunde comprobant, Nostrum studium scripturificum et adamasse plurimum, et feliciter utiliterque tractavisse.*

IV. *Wie man in den Wald schreyt, so widerhalts: d. i. Nicht ersicktes sondern rechtschaffen, und zwar nunmehr doppelt-zurückfallendes Echo &c. &c. anstatt einer höchstnöthigen Ehrenrettung an das Taglicht gegeben von dem, Gott Lob! sittlicher Weise falsch schwarz-gemachten eiffrigen Petrinern und Priester der römisch-katholischen allein-seligmachenden Kirche. Dillingen. 1732. Hoc Scripto Nostrer Io. Martin Christellum Verbi Ministrum, cuius calamò præter fas exagitatus fuerat, egregie depexum dedit. V. Io. Nicol. WEISSLINGERI gründliche Antwort. T. II. p. 219. 220.*

V. *Vollkommene und schriftmäßige Erklärung aller zur Messe gehörigen Cerimonien, in 8. Augspurg. 1751.*

**MINDERER (Sebaldu) Ord. S. Francisci. 179**

VI. *Quodlibet catecheticum, d. i. Vollkommener und vollständiger Christenlehrer aus mehr dann 20. der berühmtesten Christenlehrern zusammen getragen. In 4. Volumina V. 1752. Ex officina Wolfiana. Edidit hoc Opus, ut fidei suæ puritatem adversus calumnias quorundam ex suis ovibus, quos obtrectandi libido & A catholicorum suggestiones in transversum egerant, defenderet.*

Vide si placet, Librum: *Unschuldige Nachrichten von theologischen Sachen. T. XXVII. p. 777. & T. XXVIII. p. 781. & S. p. 629.*

**MINDERER (Sebaldu)**  
*Ord. S. Francisci.*

Honestis *Augustæ* parentibus anno 1710. in hanc lucem editus, adultior Religioni *Franciscano-Seraphicæ* anno 1729. die 30. Augusti *Hechingæ* sese mancipavit. In ea tantum pietate, doctrina et prudentia profecit, ut Virum ad Ordinis decorem, ad Religionis catholicæ incrementum, ad scientiarum, præsertim Theologiæ mysticæ, moralis, ac dogmatico-scholasticæ, gloriam natum meritò quis dixerit.

Provinciam *Argentinesem*, seu *Allemaniæ superioris* eximie decoravit; dum *Lectoris*, *Guardiani*, *Custodis Custodum*, *Ministri provincialis*, ac *generalis* totius Ordinis *Diffinitoris* officia, non ambitione sed obedientia incitatus, suscepit, eaque non sine insigni virtutum encomio consummavit.

Eius in dandis consiliis prudentiam ultra triginta annos *Salisburgum* & *Passavium* admirata sunt. In posteriori etenim loco Episcoporum &

Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium D. de *Lamberg*, atque D. de *Firmian*: in priori autem Archiepiscopi, itidem ex Comitibus de *Firmian*, Theologum agere jussus, utrobique officium hoc egregie implevit.

Profundissimam doctrinam, amplissimam scientiam, maximum animarum zelum ad oculum monstrant tum *Dissertationes* plures æque selectissimæ, quas *manuscriptas* servat monasterium Ordinis *Passaviense*: tum Opera, quæ typis procurata posteritati reliquit; de quibus infra dicitur.

Infinitus foret, qui cuncta, quæ provide egit, sapienter elaboravit, prudenter consuluit, calamo concredere vellet, Labore tandem senioque confectus *Passavii* vivere desiit anno 1784. die 30. Novembris, mercede æterna à bonorum omnium largitore ac remuneratore donandus.

Scripta à *Sebaldo* nostro vulgata repperi, quæ sequuntur:

I. *Dissertatio theologica de Antiquitate, Utilitate, ac Necessitate Theologiæ scholastico-dogmatica.* 4. *Passavii.* 1746.

II. *Umsturz der Stadt Iericho, d. i. Rechtfertigung des Sünders bey der Andacht der Ankunft Christi.* in 8. *Augspurg.* 1750.

III. *Meditationes per triduum ante inchoatum Jubilæi tempus.* in 8. *Passavii.* 1751.

IV. *Sacerdos servans semitas justitiæ.* in 8. *Campidoni.*

V. *Gut-katholischer Christ oder Auslegung des kleinen Katechismus.* in 4. *Passau.* 1752.

VI. *Gut-katholischer Christ, oder gründliche Auslegung der christ-katholischen Glaubens- und Sitten-Wahrheiten.* in 4. Partes II. *Augsburg.* 1762.

VII. *Supplementum Theologiæ moralis P. Benjamin* ELBEL (a) *de Indulgentiis in genere & specie, nec non de Iubilæo.* in 8. Partes VI. *Augsburg.* 1763. Dicavit RR. Capitulo Cathedralis *Passaviensis.*

(a) Hic, itidem Alumnus familiæ *Franciscanæ*, Vir doctissimus, scripsit *Theologiam sacramentalem & decalogalem* 10. Voluminibus comprehensam, typis *Augsburgæ*, itemque *Venetis* procuratam.

NIEBERLEIN (*Ioann. Adamus*)

*Eichstadii* ad *Almonium* in *Franconia* anno 1662. die 17. Februarii primam lucem aspexit. Litterarum humaniorum studiò variis in *Athenæis* cum laude emensò, anno 1682. in alma episcopali *Dillingana* Universitate *Philosophiæ* Magister proclamatus est. Postmodum in *Collegium Germanicum*, quod *Romæ* ad *S. Apollinarem* est, susceptus per quatuor annos continuos addiscendis *SS. Theologiæ* præceptis egregiam operam impendit. Quo in *Collegio* variis, iisque primis Officiis honorifice perfunctus, tam morum quam scientiarum splendore nomen suum mirifice illustravit. Bina enim vice publicas Theses (primò ex parte, secundò ex universo ambitu *Theologiæ*) *Romæ* in *Ecclesia S. Ignatii* magno cum applausu adstantium propugnavit: atque ex speciali gratia, à diversis Romanis Pontificibus & Imperatoribus bene meritis *Alumnis* concessa, in omnium Alumnorum (Numerò tum *septuaginta* erant) conspectu ac præsentia

examinatus, supremâ SS. Theologiæ Doctōratus laureâ ornari anno 1686. promeruit (a).

Huius certe laudis, quæ *Nostro* obtigit, post plurium annorum intervalla nequaquam immemor Vir quidam gravis ac doctus (\*) sequentibus alloqui eundem non dubitavit: „Te stupuit orbis „& urbium Regina, Roma, ad D. Apollinaris, supremam Aquinatis cathedram conscendentem, „jsem tunc nempe cathedralibus Ecclesiis Canonicum, Episcopis postea Vicarium, quin immo etiam „Episcopum, Dei providentia destinatum; id quod „profundissima laureati Pugilis doctrina virtusque „tua ac eruditio in tanto Palæstrita conspecta et „probe perfecta merebantur. Nec frustra enim „spes, in lauro tibi imposita plantatas, brevi post „tempore ad maturitatem perductas lætabunda „vidit Roma; quando in patriam charissimam re- „vecto tibi, ad vota Aureatinæ (b) Ecclesiæ, sanctior Quiritum manus mitram pedumque sub- „misit, lubens ea munera largita illi, quem in „sinu Alumnum quondam doctissimum nutriverat“ Sed hæc etsi tibi, Lector! obscuriora videri impræsentiarum queant, per ea, quæ paulo post proponenda sunt, liquido patebunt. Interim tam meritorum dives *Iulio* CORDARÆ, idque jure longe optimo, tam laude dignus visus est *Noster*,  
ut

(a) V. KHAMMII *Hierarch. August. P. I. Cath. p. 220. 221.* Studiose ego, contra KHAMMIUM, annum adepti *Doctōratus* posui 1686. Hoc fin minus fiat; KHAMMIUS inter se pugnancia tradidisset.

(\*) Est is *P. Bonaventura* LEONARDELLI à me superiori pag. 64. laudatus, cuius *Dedicatoriam ad Desiderium practicarum &c. Part. I.* vide.

(b) *Eichstettensis.*

ut eum in Catalogo *Virorum Illustrum Collegii Germanici* (c) reponere minime omiserit.

In *Germaniam* redux *Noster*, ut solida functionum parochialium fundamenta jaceret, curam animarum *Berchingæ* dimidii anni spatio quâ *Cooperator* exercuit. Inde gradatim promotus, anno 1687. parochiam in *Buxheim*, anno 1703. parochiam in *Begengriess*, & eodem anno mense *Aprill* parochiam in *Berching* regendam accepit. Dum *Buxhemii* fuit, simul per annos 5. Capituli ruralis *Camerarium* egit. Dum in *Begengriess* vixit, *Consiliarii ecclesiastici Eichstettensis* munere auctus est. Dum *Berchingæ* substitit, *Decanatus* honorem gessit. *Diocelani* autem per *Palatinum superiorem* *Visitatoris* partes *tredecim* annorum intervallo sustinuit.

Sed jam altiora munia, jam sublimiores dignitates excepere *Nostrum*. Annus ibat 1705. cum *Noster* *Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ* *Canonicus* à *Sede Apostolica* renunciatus est. Anno 1706. à *RR. Ioanne Antonio* *Episcopo Eichstettensi* in *Vicarium generalem* (\*): anno 1707. in *Suffraganeum* assumptus, & mox sequenti anno 1708. die 29. *Aprilis* *Episcopus Dioclenis* consecratus est. Necdum satis — *Præposituram* quoque in *Ecclesia collegiata Spaltensi*, *Diocesis Eichstettensis*, gessit. Inter *Canonicos* ad *Chorum S. Wilibaldi* locum habuit. Abs dicto *RR. Antifite Eichstettensi* à *Consiliis intimis* esse iussus, & *Præsides Consilii ecclesiastici* declaratus: itemque à *Serenissimo Principe* & *Episcopo Augustano, Alexandro Sigismundo*,

M 4

do,

(c) In *Historia eius Collegii* à se edita.

(\*) Hoc munus annis ferme viginti gessit.



do, in *Consiliarium ecclesiasticum*, *Vicariumque* in *Spiritualibus* *generalem* adlectus fuit. Hinc initio a me citatus Vir ille gravis ad *Nostrium* pergit: „Fuit episcopalis tui pectoris amplitudo caussa „ipsissima, ut RR. Alexander Sigismundus Virum „scientia, virtute et eruditione, ac rerum peri- „tia adeo eminentem Augustanæ Ecclesiæ suæ in „Spiritualibus *Vicarium* *generalem* eligeret. Quo „in munere talem te geris, ac si, annosus licet „meritis & laboribus, perpetuo tamen reflor esce- „res in totius Diocesis emolumentum & orna- „mentum . . . Te geminæ ita sibi vendicant & „amant Ecclesiæ, Aureatenfium una, Augu- „storum altera; ut totum utraque possidere videa- „tur; cum ambabus totum te impendas absque „neutrius dispendio, hinc Narcisso & Udalrico, „inde Wilibaldo totum ex integro possidente.“

Encomiastæ encomiastam, *synchrono* *synchro-* num addere juvat, citatum P. KHAMMIUM his verbis dotes animi ingeniique, quibus *Noster* refulsit, explicantem: „Vir præstantes à natura „fortitus dotes: vividæ mentis celeritate, inde- „fessa sagacitate, & invicto animo præditus: sci- „entia et prudentia nominatissimus: ornatissima „sua facundia & profunda sapientia cum paucis „comparandus. . . . *Et rursus*: Hoc etiamnum „tempore ingenii alacritate, eloquentiæ facilitate, „vitæ merito, Religionis zelo, genuinis virtuti- „bus, titulis, dignitatibus, atque insigni apud „summos et imos existimatione cominûs & emi- „nûs efflorescit: nec non munificus virtutum sua- „rum dispensator prodest, quibus potest, nulli in „conservanda & propaganda disciplina ecclesiasti- „ca postponendus.“

Doctri-

Doctrinæ autem suæ, præprimis sacræ, qua magnopere valuit, eloquentiæ documenta publica in sæpius, tum maxime, *Ingolstadii* dedit. Agatur annus 1725. Templo eius *Universitatis* terdum sæcularis, quem singulari celebritate ingniendum ducens Rector magnificus *Planckius*, er octo dies solenniorem instituit Lyturgiam, cum iero semper sermone conjunctam. Ad hanc evocatus et *Noster*, tum *feruentem inprimis orationem ad populum habuit*, tum cantato solenni officio, institutaque sub vesperum Processione & Hymno Ambrosiano decantato toti solennitati finem pomosum fecit (*d*).

Verùm alia quoque, typis publicis excusa, sperant specimina, ecclesiasticam *Nostri* facundiam liquide comprobantia, nimirum

I. *Conciones variæ* variis in Solennitatibus e. g. in solennitate *septies-sæculari* (ab introducta in monasterium *SS. Udalrici & Afræ* Religione *Benedictina*) anno 1712. *Augustæ* habita: in solennitate *Canonizationis S. Ioannis Nepomuceni*, anno 1729. in Ecclesia cathedrali *Augustiana*: et anno sequenti (1730.) in Ecclesia *SS. Petri & Pauli Dillingæ* instituta.

II. *Conciones* dictæ in diversis Monialium cænobiiis, quando eorum alumnæ *Votorum solennium* ponsione se obligarunt, h. t. *Aufmunterung des Zeistes*, d. i. *Geistliche Ermahnungen oder Profess-Predigen*. in 4. *Augsburg*. 1734. Sunt Sermones numero 24. dicati a Bibliopola Matthia Wolf *Mariæ Annæ Adelgundi* Ord. S. Bened. Abbatissæ ad *S. Walburgam* Eichstadii.

M 5

Hæc

*d*) V. *Annales* dictæ *Academia*, T. III. p. 172.

Hæc dicta sufficient; cùm ulteriorum (proh dolor!) notitiarum penuria filum narrationis aberrumpere invitum me cogat.

PETRUS (*Franciscus*) Canonicus Regul.

Permagno *Petrus* merito suo exigere à me videtur, ut, cum multoties in præsentī *Bibliotheca Augustana* eius doctis laboribus tum usus sim, tum utar, jam proprias ipsius laudes debitò encomiò prosequar. Quo in negotio ne à vero aberrem, sequi ut plurimum placuit *Præfationem*, præfixam *Collectioni Scriptor. Rer. histor. monast. ecclesiast. Tom. III.*

Habuit is patriam *Augustam Vindelicorum*, perhonestis parentibus anno 1639. in lucem natus. Humaniores Musas intra patrios lares, superiores scientias intra *Wettenhusanæ* Canonice pomæria edoctus fuit, easque triplici Votorum religiosorum vinculo adstrictus maxima cum capacis ingenii et indefessæ industriæ, tum etiam egregii progressus commendatione absolvit. Sacerdotio initiatus et vitam contemplativam activâ temperare iussus parochiales Curas summa cum cura gessit. Oeconomice præfectus, pauperum pater et consolator afflictorum, audiit. Religiosæ vitæ semitam adeo indefessè cucurrit, ut ob regularis conversationis præstantiam omnibus et amori fuerit et exemplo. Otium, diaboli culcitram, cane peius et angue fugit, omnesque horas a negotiis, per sacram obedientiam impositis, vacuas aut sacrae lectioni, aut evolvendis Historicorum libris, aut scriptioni consecravit: hinc *nulla ipsi dies* in seram usque ætatem *sine linea* fluxit. Interim

terim, dum perficiendæ, complendæ, reficiendæ et augendæ suæ *Germaniæ canonico-Augustinianæ* (a) omnem laborem omnesque curas usque ad 77. ætatis annum impendit, mors vitæ simul et contexendæ Historiæ filum abruptit anno Christi 1716. quô piissime defunctus ex misera lachrymarum valle ad æthereas mansiones, atque a laboribus ad æternam requiem transivit.

Solertissimi autem ingenii sui et infatigabilis diligentiæ sequentia erudito orbi monumenta reliquit :

I. *Suevia ecclesiastica : seu Clericalia Collegia, tum secularia tum regularia : quævis item diversorum Religiosorum Ordinum utriusque sexus Monasteria nova et antiqua, in celeberrimo S. R. I. Circulo seu Ducatu Sueviæ consistentia ; cum suis respectivè Foundationibus, Originibus, Privilegiis, Immutationibus, &c. &c. fol. Augustæ et Dillingæ. Anno 1699. Dicavit Opus Noster RRmis. DD. Imperialis Collegii Prælatorum in amplissimo Circulo Suevico honoratissimis Com-Membris. Scribendi causa Nostro fuit ; quod videret, Historiographos tum antiquos tum recentiores Sueviæ describendæ curam habuisse, sed minus ecclesiasticæ. Hinc tollendæ huius Maiorum negligentia ergò, in Monasteriorum omnium et singulorum per universam Sueviam dispersorum genuinas fundationes, origines ac progressus inquirere secum constituit. Cæterum Opus, ut comparuit, eruditorum Virorum calami satis dilaudarunt.*

II. *Germania canonico-Augustiniana multorum annorum studio ac labore collecta. Opus Apostolico Cano-*

(a) De hac postea dicetur.

*Canonicorum Regularium* Ordini honorificum, sed ineditum, et ab annis plus quam 50. desideratissimum ex Codice MSSto. publicavit RRmus *Michael III.* ad Insulas *Wengenses Ulmæ* Cann. Regg. Præpositus, exhibuitque adjectis quam plurimis monasteriorum delineationibus æri incisis in *Collectione Scriptorum Rerum historico-Monastico-ecclesiasticarum, Tom. III. IV. et V.*

Iuvat Operis initia progressusque pluribus in gratiam litterati orbis enarrare. Huic elaborando Auctor labores & studia annorum plusquam 40. consecravit patientia usus Spartana (Norunt namque omnes, quanto tempore opus sit: quanta devoranda sint fastidia iis, qui in simili campo pro laurea decertant) magnisque sumptibus, quos RR. Canonizæ *Wettenhusanæ* Antistites pro suo in bonas Litteras ac Ordinis *Canonico-Augustiniani* gloriam amore liberaliter suppeditarunt, copiosissimum documentorum et notitiarum thesaurum collegit; cui digerendo et ordinando dum indefesso labore insudat, fato superveniente diem claudit extremum. Itaque in defuncti labores Superiorum iussa succedit *D. Hieronymus Bozenhardt* itidem *Wettenhusanæ* Canonizæ singulare decus ac ornamentum; ex cuius industria Opus non modica sumpsit incrementa. Ille enim non tantum diligentissime collegit chartas à *Nostro* relictas, molemque documentorum solertissime custodivit; sed insuper curavit, ut elegantiori charactere descriptum Opus prælo ac luci publicæ maturesceret: quod etiam dubio procul factum fuisset, nisi et hunc pro sacro Ordine vigilantissimum Virum mors invida anno 1721. vivorum e numero rapuisset. Ob eam rem *D. Bernardus Streler* et ipse

*Wet-*

*Wettenhusani* Capituli Secretarius ac Bibliothecæ Præfectus (Vir præter theologicas et philosophicas etiam mathematicis scientiis egregie imbutus) tertiam manum admovit, et præcessorum suorum labores ausu maxime laudabili continuans, exterosque mecænates frequentibus litteris compellans variis novisque documentis Opus locupletavit; quod denique post tot annorum spatia, post tot virorum sudores (ut supra dictum est) annis 1756. 1757. 1765. *Ulmæ* in lucem emerfit, Indicibus necessariis à *D. Gmelino*, in Ducali Seminario *Blauburano* Litterarum elegantiorum Professore meritissimo probe instructum:

In loco convenientissimum reputo, apponere *Carmina encomiastica* a variis in laudem Auctoris conscripta, inter residuas *Nostri* schedas inventa.

In

*Germaniam Canonico - Augustinianam  
Francisci PETRI.*

Dum *Petri* sacris dives *Germania* factis;  
*Wettenhusanum* linguere tentat Agrum,  
Livor in hunc doctum torquens sua lumina Librum,  
Illum mordaci rodere dente parat:  
Commune est: nulli pars æmula defuit unquam:  
*FRANCISCO PETRO* Zoilus obstrepat,  
Frustra agit! Authoris durantur nomine Chartæ:  
A *Petra* hac fracto non nisi dente redit.  
Si nolit tristis fracto sibi dente redire,  
Attonitus trepidet, damna rubore feret.  
*FRANCISCO PETRO* remanet laus nescia mortis,  
Pravo impostori gloria nulla manet.

Æmu-

**Æmula Phœnicis tua fit Germania, Petre!**  
**Mortua de busti pulvere viva facis.**  
**Hinc, quam defunctis servas Authoribus Author**  
**Vitam, hæc post vitam, te quoque sera manet.**  
**Pars eris Historiæ, sacras seu computet ædes**  
**Teuto, sive Viros, pars eris Historiæ.**  
**Quæ tua fecisti, Dominis Collegia reddis,**  
**Nos tibi pro tenui munere nostradamus.**

**SIGEFRIDUS** *Archi-Diaconus natus*  
*& Præpositus Cann. Regg. | Ca-*  
*thedralis Ecclesiæ ad S. Andream*  
*in Valle Lavantina Archi-Duca-*  
*tus Carinthiæ, Majoris Consilii*  
*Deputatus, ac S. Theologiæ*  
*Doctör.*

**Gratulationis Epicherema**  
**Authori positum**

*à Collegio Undenstorffensi.*

**Cedant prisca novo celebrata Theatra Theatro,**  
**Quod Petri mira fabricat arte manus,**  
**Ecce! Viri, sacræque Domus, quin integer Orbis**  
*Aurelius, mirum! clauditur ecce! Libro hoc.*  
**Hic Hipponensis magnos, hinc nôsse Nepotes,**  
**Non possum, Aurelio non nisi more loqui:**  
**Quos loca sejungunt, Liber iste reducit in unum,**  
**Eti habitu vario, candor at unus ovat.**  
**Errant, qui dicunt: Rara est concordia fratrum,**  
**Hos namque unanimes scripta mitrata ferunt.**  
**Hanc, moles fuit, Augustini condere Gentem,**  
**Anne negas, quisquis forsitan Ofor ades?**  
**Ipsinam dudum nosmet vix noscimus ipsos,**  
**Tu modo Canonicos noscere, Petre! facis.**  
**Nec**

Nec secus, ac mellis formatrix Dædala, manè,  
 Prò sine fine labor! Iustrat hianter opes;  
 Iudicii docto ungue legis, scitòque sequestras  
 Ordine; et ingenio hæc res, *Petre!* digna tuo est:  
 Fas sit vera loqui, hoc multum est, quod nemo priori  
 Tentare ausus, et hoc tempore nemo fuit:  
 Hinc *Undensis* ait tibi viva encomia cætus  
 Officii gratas exhibitura vices:  
 Vive, vale Superis, longo memoraberis ævo,  
 Nam hoc Opus Authorem laudat, hic Author  
 Opus.

*Laurus Triumphalis.*

Sæpius *Aurelii* votas *Germania* leges  
 Audiit in cathedris personuisse suis.  
 Vidit Metropoles, vidit Collegia Fratrum,  
 Vidit et hæc niveis nobilitata choris.  
 Heu multæ perière faces, perière nitores!  
 Mors etiam faxis nominibusque fuit.  
 Sed *Francisce!* refers, qua fimus origine nati,  
*Germanusque Canon* quis sit, et unde, probas.  
*Petrus* es, in Petra scribis, nulla umbra nocebit;  
 Parturiunt *Petræ*, candidus exit olor.  
 Hinc Lauri frondes tibi patria *Wesphala* mittit,  
 Qua tandem eximium penna coronet Opus;  
 Hinc *Bodecæ* plaudunt, Tempe lætissima, valles:  
 Et geminis plausum vocibus Echo refert.  
 Scilicet ut grates reddat, cum sænore vocem  
 Reddit; et hoc pretium, *Petre!* laboris habe.

*Hac Lauro cingebat emeritissimum  
 D. Authoris caput  
 Canonica BODECENSIS in Capite  
 Et in Membris,*

Hæc



Hæc de Nostri *Germania Canonico-Augustiniana* sufficiant. Itaque ad alia.

Scribere insuper orfus est *Franciscus* noster, ut erat indolis studendo fatigari nesciæ,

1. *Germaniam sanctam* :

2. *Bibliothecam Canonico-Augustinianam, sive Scriptorum ex Canonicorum Regularium Ordine illustrium Catalogum.*

Utriusque tamen Operis, pro dolor! non extant nisi fragmenta.

3. Promisit etiam in *Præfatione* ad suam *Sueviam ecclesiasticam* aliud eisdem commatis Opus, nimirum *Germaniam ecclesiasticam*, verbis sequentibus: *Siquæ emendanda aut expungenda (in Suevia ecclesiastica) me volens lubensque impendam, ut ista iterum certiora ac politiora divulgentur, et quidem in secunda Libri huius impressione, seu in Germania ecclesiastica, quæ, sicut Suevia ista solum agit de Suevicis: ita illa de omnibus & singulis per universam Germaniam, seu totum Romanum Imperium latissime diffusis Collegiis sacris ac monasteriis, brevi post secutura. Sed huius Operis ne vola quidem superest.*

### REHLINGEN (*Raymundus L. B. de*)

Antequam *Nostri* laudes dicam, brevem de tota *Rehlingerorum* Gente, quæ & antiquitatis splendore, & magnorum Virorum, quos profanæ ac sacræ Reipublicæ dedit, Virorum copiâ præstat, notitiam præfigere, non conveniens solum sed necessarium quoque ducō.

Totius Gentis Progenitorem *Reginbaldus MOEHNERUS* (a) facit *Wilhelmum & Rehlingen* (b) & *Scherneg*, Equitem, anno 936. Tum ponit *Bertholdum & Rehlingen in Scherneg*, Equitem & *Burggravium Frisingæ*, 1031. Succedit *Baldovinus a Rehlingen in Scherneg: Barbara Marschalckin ab Oberndorf*, anno 1085. Sequitur *Bertholdus & Rehlingen in Scherneg: Margareta Marschalckin & Dornsparg*, anno 1129. Post hunc memoratur *Henricus & Rehlingen in Scherneg: Anna Marschalckin a Pappenheim* anno 1220. Horum filii fuerunt:

*Udalricus & Rehlingen &c.* anno 1292.

Uxor *Sabina ab Oberndorf, Sueva.*

*Grienwaldus & Rehlingen &c.*

Uxor *Anna de Windach*, anno 1300.

*Bertholdus & Rehlingen &c.*

Uxor *Urfula de Waldkirch*, anno 1289.

Prædictus autem *Grienwaldus Augustæ Civem ex pacto* (Pact-Burger) se ultro fecit: sicque Gentem *Rehlingeriam* in urbem *Augustanam* introduxit, tribus suorum filiorum (*Ulrico, Conrado, & Petro*) cum nobilibus fæminis *Augustanis* nuptiali fœdere socians. Ex his tribus, quidquid adhuc ubi-vis terrarum nominis *Rehlingerii* viget, originem traxit. Confer *Alphabetum II. mezæ Bibliothecæ August.* p. 118. & *Pauli & STETTEN Geschichte der adelich. Geschlechter von Augspurg*, p. 87.

Dedit generosa familia ista tum aliis Civitatibus imperialibus, tum maxime urbi *Augustæ, Sena-*

(a) In *Stemmatographia MSS. Famil. Augustan.*

(b) Sunt Castella & Prædia, haud procul *Augusta* in *Bævaria* confinibus sita.

Senatores, Consules, Duumviros. Dedit Ecclesiis cathedralibus Canonicos, Præpositos, Episcopos. Dedit cænobiis Abbates & Abbatissas. Dedit aulis Viros togâ: dedit equestri Ordini Viros complures, sagô ac bellicæ virtutis gloria apprimè inclytos. Dedit & litterariæ Reipublicæ Eruditos omni laude dignos (c). Atque horum è numero nonnullos, ad institutum meum proximius attinentes, nominatim mihi in sequentibus foliis prædicandos sumpsi.

Initium faciat *Raymundus L. B. de REHLINGEN*, natus patre *Friderico à REHLINGEN*, in *Gollstein, Radegg & Millhaim*, Archiepiscopi *Salisburgensis Consiliario*: matre *Maria Baronissâ ab Haunsperg*. Fratres, sororesque habuit plures tum aulicis honoribus præfulgentes, tum honorificis per varia monasteria officiis ac dignitatibus haud parum gloriæ consecutos; de quibus curiosus Lector in *FF. MEZGERORUM Histor. Salzburg.* p. 834. plura reperire poterit; cum me in his accuratius narrandis immorari non juvet, ad alia Instituto meo propiora festinanti.

A parentibus nobilissimis, qui præclaras mentis dotes, præcipue animi modestiam, & singularem in Deum ac Cælites pietatem optima institutione liberaliter in posteros transmittere allaborârunt, sollicitè educatus *Noster*, ubi adolevit, divi *Benedicti* Regulam in celeberrimo *Styria* monasterio *Admontensi* amplexus est. In eo statu cum egregiæ virtuti eximiam quoque doctrinam copulasset, factum est, ut anno 1644. *Salisburgum*

(c) De his omnibus videri poterit paulo ante citatus *Paulus à STETTEN*.

à Superioribus mitteretur, in ea celebri *Univerſitate* præcepta *Philosophiæ* publicè traditurus. Quo munere fungens anno 1645. tertio Nonas Iulii *Baccalauros triginta ſeptem*: anno 1646. autem Idibus Octobris *Magiſtros quindecim* *Stagyraea* Laureâ impertitus eſt. Per iſtud temporis ſpatium evenit, ut *Noſter* etiam typis excuſa Lucubratione, cui titulum ſequentem præfixit:

*Relatio logica. in fol. 1646.*

eruditionem ſuam orbi litterato compertam faceret. Anno 1648. ad ſublimiora ſcandens in dicta *Univerſitate* Profefſorem *Theologiæ moraliſ*, idque uſque ad annum 1651. egit. Neque ſolum doctrinâ ſuâ eruditique laboribus illam *Univerſitatem* adjuvit, ſed etiam opibûs pecuniâque in Muſarum commodum collatâ. Ex eius *Legitima*, cùm Monachum in ſuo cænobio profefſus eſſet, anno 1633. Idibus Iulii 3000. floreni ei Athenæo obtigerunt; quod poſtea, Abbas renunciatus, dum *Præſidis* munus gerebat, nova liberalitate ſibi obſtringere non intermiſit. Videtiſ *Hiſtoriam Univerſit. Salisburgenſ.* p. 74. 75. & 410.

Abbatialem vero, de qua audivimus, dignitatem virtute & doctrinâ ſuffragantibus obtinuit *Noſter* anno 1659. eâdem omnium, etiam exterorum, calculo digniſſimus. Quâ auctus ſingulare hoc fortunæ beneficium habuit, ut in ipſo D. Patriarchæ *Benedicti* feſto abſ Principe & Archiepiſcopo *Guidobaldo*, in æde *S. Petri* abbatiali benediçtione & pontificalibus inſignibus donaretur. Elogium eius ex *FF. MEZGERORUM* ſuperius jam laudata *Hiſtoria Salisburgenſi*, p. 1194. ſequens percipe!

„Electus ex gremio, prius Philosophiæ &  
 „Theologiæ moralis in Univerſitate Salisburgenſi  
 „Profeſſor, deinde domi Prior, in feſto S. Scho-  
 „laſticæ factus Abbas, & in feſto S. Benediſti be-  
 „nediſtus, totam curam vertit ad ornandam Ec-  
 „cleſiam & Sacrarium ditandum. Erexit Archi-  
 „fraternitatem SS. *Rofarii* in pluribus Eccleſiis.  
 „Monafterium *Keilwangenſibus* cuprifodinis auxit.  
 „Plura ædificia ad utilitatem & decorem excitavit.  
 „*Archidiaconus* in ſuperiore *Styria* repetitas ſyno-  
 „dos magno zelo convocavit. Votum Styriæ Pro-  
 „cerum de jejunando *immaculatæ Conceptionis*  
 „*B. V. M.* pervigilio in manus ſuas ipſe excepit.  
 „Regularis diſciplinæ ſtudioſiſſimus, auditus eſt ali-  
 „quando dicere: *pro ſervanda diſciplina religioſa*  
 „*ſe paratum mori.* Ex commiſſione Nuncii apo-  
 „ſtolici Parthenonem in *Studeniz* viſitavit. Vixit  
 „in abbatia annis 17. Obiit anno 1675. die 15.  
 „Julii.“

*Sebastianus de REHLINGEN*, Præpoſitus ad *D. Georgii*, Ordinis Cann. Regg. *S. Auguſtini*, *Auguſtæ*, quem in *Alphabeto II.* præſentis *Bibliothecæ* laudavi, pag. 118. ubi videſis.

*Jacobus de REHLINGEN.* Hic *Architectices* perquam amans, & varias linguas doctus *Petro COECKIO de Alſt*, *Sebaſtiani SERLII Bononiensis* *Regulas Architecturæ* in idioma *Germanicum* traducere conanti, auxiliatrices manus præbuit, prout idem *Coechius* in fine *Nuncupatoriæ*, ad *Ferdinandum* Regem Romanorum &c. anno 1517. *Antverpiæ* datæ, gratus teſtatur. Confer *Theſaurum bibliothecalem. P. II. p. 320.*

*Fridericus de REHLINGEN* fuit *Bernardi de Rehlingen & Ursulae Bimlin* filius: *Eques SS. Sepulchri*, quod invisere non intermisit. Nam anno 1550. die 10. Iunii, incio patre, *Padua Venetias* profectus pium iter inivit: ex quo reversus conscripsit *Itinerarium*, cuius apographum, desumptum ex Autographo anni 1561. vidi in Bibliotheca SS. *Salvatoris, Augustæ*, hac epigraphe:

*Dieses hernachsteend teutsch Pilgerbuch hat gemacht mein lieber Vetter seeliger Frydrich Rehlinger, Herrn Bernhart Rehlingers Son von Augspurg.* in folio.

*Dionysius de REHLINGEN.* Hunc sequentibus *Khamius* in *Hierarch. August. P. II. Colleg. p. 326.* dilaudat:

„*Dionysius ex Baromibus de Rehlingen & Altenberg* (\*) *Patritius Augustanus, Viri consularis, filius, ac Ioann. Christophori L. B. de Rehlingen, Archiepisc. Salisburgenf. Consilarii & supremi, bellicæ rei Præfecti, anno 1693. ætatis 80. demortui, Germanus frater, Augustæ Vindel. natus, 1610. in monasterio ad S. Crucem ibidem Canonicum Regularem anno 1626. professus est. Absolutis in Universitate Dillingana sublimioribus studiis (Marte Suecico Augustam anno 1633. occupante) exul, tum inter Seccovienses tum Berchtolgadenses inter Subdecanum, & SS. Canonum Professore, nec non Concionatore egit. Sopitis nonnihili Bellonæ tumultibus Augustam reversus, primitus œconomiz administrandæ admotus est: postmodum anno 1646. in Decanum electus, unaque officio Magistri Novitiorum per-*

N 3

„*functus* ‘

(\*) *Lege Haldenberg.*

„functus, non solum à suis, sed etiam à prin-  
 „cipibus Reipublicæ *Augustanae* & à *Curia episcopali*  
 „magno æstimatus, atque non raro in summe ar-  
 „tibus negotiis consultus, prudentissima consilia de-  
 „dit, providas sententias dixit, suæ sapientiæ,  
 „scientiæ ac virtutum radios domi forisque lon-  
 „ge ac late diffudit. Hinc monasterio *Wettenhu-*  
 „*sano* iniuria temporum et calamitate bellorum  
 „devastato, & jamjam e Canonicorum Regularium  
 „manibus eripiendo *Augusti* evocatus, nec non in  
 „*Præpositum* anno 1658. postulatus, non solum  
 „suppetias tulit, sed id quasi de novo funda-  
 „vit . . . Juniores optimæ spei indolisque egre-  
 „giæ, ad S. Ordinem assumptos, quæ *Asceta* ze-  
 „losissimus, disciplinæ regularis præceptis; sub-  
 „limioribus scientiis, quæ *SS. Theologiæ & Philo-*  
 „*sophiæ Doctor*; mathematicis speculationibus,  
 „quæ expertissimus *Mathematicus*, imbuit . . . à  
 „*Joanne FRONTONE Parisensi* Cancellario *Vir*  
 „omni eruditione clarissimus, à potentissimis Prin-  
 „cipibus *Vir potens opere & sermone, plenus vir-*  
 „tute, doctrina & humanitate merito appellatus. . .  
 „Bibliothecam plurimis & doctissimis libris instru-  
 „xit. Monasterium & Templum e fundamentis  
 „excitavit . . . tantamque sibi gloriam pietatis &  
 „ingenii monumentis comparavit; ut ab *Alexan-*  
 „*dro VII.* Pontifice, *Ferdinando III.* Imperato-  
 „re, *Sigismundo* Archiduce, & S. R. L. Principi-  
 „bus præcipuo in honore habitus, abs Impera-  
 „tore *Leopoldo I.* etiam in *Consiliarium* & *Sacel-*  
 „*lanum* perpetuum adscitus, nec non ad varias  
 „causas dirimendas constitutus fuerit. Demum  
 „post annos 34. in *Præpositura* laboriosissime con-  
 „sumptos, calamitatibus *Wettenhusanorum* quasi  
 alter

Walter Noe datus, in pace quievit in Tempio hu-  
matus, addito sequenti Epithio:

DIONYSIUS  
EX BARONIBUS DE REHLINGEN ET HALDENBERG  
S. R. I. PRÆLATUS  
WETTENHUSANUS  
S. C. M.  
CONSILIARIUS & SACELLANUS PERPETUUS  
PER QUEM  
DEUS OPTIMUS  
NOSTRA STARE FECIT OMNIA  
HEIC  
IN DEO SUO IACET  
FATALI MORTIS SPICULO PROSTRATUS  
ANNO MDCXCII. DIE XV. FEBRUAR.  
NATUS ANNOS LXXXII.  
RELIGIOSUS CANONICUS LXVI.  
SACERDOS LVIII.  
ANTISTES REGENS XXXIV.

*Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo,  
quoniam elegi eam. Psalm. 131.*

Hactenus KHAMMIUS. Fusius etiam de No-  
stro differit Franciscus PETRUS in sua *Germania Ca-  
nonico-Augustiniana* (\*) quam consulere libeat.

Etsi ego nullum Scriptum *Nostri*, typis excu-  
sum, hactenus repperire potuerim; inter *Scripto-  
res* tamen *Ord. Cann. Regg.* recensetur a RR. *Fran-  
cisco*, Præposito *Pollingano*, in *Elencho Onomasti-  
co &c.*

N 4

Ber-

(\*) Vide hanc in *Collections Scriptor. Rev. hist. monast.  
ecclesiastic. Ulmæ. T. V. P. II. p. 247.*



*Bernardus* REHLINGER. Quamvis de hoc permagni nominis Viro, utpote primariis *Augustanæ* Reipublicæ muneribus, ac demum *Duumvirali* officio, per temporum difficillimorum ac turbulentissimorum longa spatia perfuncto; belli insuper *Suecici* funestissimi calamitates perpeffo, multa dicenda essent; ego tamen brevitati studens, nec tristem gravium illorum eventuum memoriam innovare volens, succincto sermone præcipuas Vitæ *Nostri* circumstantias pandere statui (a). Quod ipsum à me fieri brevius solidiusque vix posse reor, quàm Epitaphium illius, in Ecclesia *Ordinis Prædicatorum, Augustæ*, extans afferendo;

BERNHARDUS REHLINGER

SEBASTIANI CHRISTOPHORI F.

CHRISTOPHORI N.

S. C. M. A CONSILIIS

& COMES PALATINUS

HUIUS URBIS PRÆFECTUS DUUMVIR

QUI

MAIORUM SUORUM CERIS

MAGNUM ADDIDIT SPLENDOREM.

LUCIS USURAM ACCIPIT

A. MDLXIII. V. ID. NOVEMBR.

CONSTANTIAM VELSERAM DUCIT

A. MDLXXXVII. PRID. NON. FEBRUAR.

BIENNIO POST ADLECTUS SENATUI.

SUBINDE

AEDILIS, SEPTEMVIR, ET QUÆSTOR,

DENIQUE CREATUR

DUUMVIR

A. MDCXXIV.

MUL-

(a) Plura sibi quicumque cupit, adeat Viri perillustri *Pauli & STETTEN* Librum: *Lebens-Beschreibung zur Er çekung bürgerlicher Tugend. P. I. p. 221.*

MULTA LEGIT SCRIPSITQUE,  
 MULTA TEMPORE SUECICO TULIT,  
 UTRAMQUE,  
 DUM VIXIT,  
 FORTUNAM EXPERTUS.  
 VIDIT IN CONSTANTI CONIUGIO ANNOS LVIII.  
 RARO PRORSUS EXEMPLO.

OBIIT  
 ANNIS OCTUAGINTA & UNO SUPERATIS  
 DIE XVIII. IANUAR. A. MDCXLV.

MAGNIS  
 DILIGENTIÆ PIETATISQUE  
 RELICTIS MONUMENTIS  
 CONSTANTIA VELSERA DAVID. F. ANTON. N.  
 NATA A. MDLXVI. XXI. MAII  
 DENASCITUR A. MDCXLVII. XVII. AUGUST.  
 MATER XVIII. LIBERORUM.  
 ANNIS VITÆ & CONIUGII  
 PLANE PAR MARITO.

TU LECTOR  
 UTRIQUE REQUIEM PRECARE SEMPITERNAM.  
 CHRISTOPHORUS BECHLER  
 REIP. AUGUST. VIIVIR & QUÆSTOR  
 SOCERO GENER  
 GRATITUDINIS ERGO  
 HOC MONUMENTUM F. C.  
 MDCXLVIII.

Hæc vitæ tela *Bernardo* fuit: qui etfi maxi-  
 mis innumerisque negotiis distractus, varia ta-  
 men litteris mandare non omisit; quæ maxima  
 cum dexteritate, cura, atque ingenio congesta  
 ab ipso fuisse testatur *Paulus à STETTEN senior* in

*Histor. August. vernacule scripta T. II. in prævina Notitia de Scriptor. Rer. August. §. IV. Sunt autem illa :*

I. *Bernard Rehlingers, Stadtpflegers, àts kayserlichen zu der Reformations-Vollziehung ernannten Commissarii, Protocoll über benannte anno 1628. und in den folgenden Jahren vorgegangene Reformation.*

II. *Sammlung der Reformations-Äßen und Urkunden.*

III. *Stadtpflegers-Amts - oder (von ihm so betitultes) Neben-Protocoll von 1625. bis 1644.*

IV. *Sammlung der zur selben Zeit ergangenen geheimen Raths-Decreten.*

*Has Collectiones magno sibi adjumento fuisse, idem Perillustri Auctor monet, utpote sine quibus in multis illorum temporum eventibus plane cæcutiri debuisset.*

### REIHINGUS (*Jacobus*)

Natus is est *Augustæ* anno 1579. nobili, eoque patritiò locò, patre *Jacobo*, matre *Catharina Vöhlinia*, fæmina pientissima. A prima ætate apud Patres *Societatis Iesu* bonis litteris institutus. anno 1594. in *Academiam Ingolstadianam* (a) venit, ubi eam *Philosophiæ* addiscendæ operam impendit, ut mox anno insequenti (1595) sub præsidio *Ioannis Salleri* publice de *Ente Rationis physico* disputarit: Per ea tempora *periculoso* correptus morbo atque ad extrema deductus, etsi *genius liberalior* prius ad *secularia* traxerat, *humanarum ta-*

*men*

(a) *V. Annote huius Academicæ ad hunc annum.*

men rerum inanitate jam objecta, votum nuncupavit vitæ religiosæ in Societate, si valuisset, amplectendæ. Nec multo post, lethali vomica ruptâ, recreatus ex morbo, quod voverat, præstitit, haud dubie plaudente matre, quam Societati perpetuò ad dictam, nec tam hospitem, quam inquinam templi Societatis Iesu Augustani fuisse, affirmat F. X. Kropf (b).

In Societate Noster vitæ religiosæ ac litterarum studio profectûque ita se probavit, ut cum esset bonis dotibus omnibus, præcipuè dicendi facultate præditus, nihil non eximie spei præ se ferret. Humanioris deinde (Artem quidem poeticam Oeniponte docuisse eum repperi) litteraturæ, Rhetoricæque magisterio perfundus est. Anno 1604. suscepto recens sacerdotiò primum Deo Missæ sacrificium Augustæ, Superioribus id matris & familiæ solatio donantibus, solenni ritu litavit. Triennio post (1607) in docenda Theologia morali, Monachii occupatum fuisse Nostrom, fidem faciunt *Theses de Confessione & Absolutione sacramentali*, quas Nostro præsidente ibidem, eò annò Christophorus Zacherl propugnavit (c).

Agebatur anns 1608. cùm ad altiora vocatus, Ingolstadium rursus venit, Aristotelem Academicis prælecturus quâ publicus & ordinarius (d) Philosophiæ

(b) In *Histor. Soc. Iesu, German. super. T. III. p. 167.* Hinc fidem habere non possum Paulo Frehero, in *Theatro Viror. erudit.* scribenti, filium matre invita Societatem ingressum esse. Sed et aliâ plura sunt, in quibus Freherus & Scriptores *Histor. Societ. Iesu* ex toto discordant.

(c) V. *Ekinger Catalog. Biblioth. Augus. p. 222.*

(d) V. *Annales eius Academiæ ad h. a. p. 197.*

sophiæ Professor, quod munus cum singulari doctrinæ fama pluribus annis (e) sustinuit. Controversas de Fide & Religione quæstiones alibi explicavit. *Theologiam autem, quanquam supremi gradus theologicæ laureæ Dillingæ insignitus nulla uspiam in Academia professus est; contra quam catholicæ plures retulere Scriptores: quemadmodum alia plura veri dissimilia de Nostro tradiderunt. Sed ad alia — Circa annum 1614. maximè in Aula Neoburgica, in quam unà cum P. Antonio Velfero, in Alphabeto II. Biblioth. Augst. p. 138. à me laudato venerat, quæ Concionator inclarescere cœpit, Wolfgango Principi uxoriq; illius Magdalena charus & populo acceptus; adeo ut non defuerint, qui scriberent, eius potissimum doctrina suasuq; induzum Principem ad Catholicos se retulisse. Certè ad id, ut Neoburgensis Civitas in fidem Romanæ Ecclesiæ tota rediret, maxime contulit, multaque præclare ad Religionem catholicam instaurandam provehendamq; gessit stylo (f) pariter ac voce in eam rem feliciter usus.*

Sic anni sex & ultra Nostro fluxerant, cum (quæ mentis humanæ tristissima est inconstantia fragilitasq;) pulcherrimas de se spes, jam impleri cœptas, sufflaminavit, & quæ bene orsus fuerat, miserando fine corruptit, non solùm à *Societate*, sed Fide quoque catholica deficiens. „Diem autem „fugæ decimum octavum Calend. Februar. quæ in „feriam sextam inciderat, anni 1621. sumpsit: „quò cum prius rem divinam fecisset, adcito e

„gym-

(e) Perspicue hoc docet *Catalogus Opp. Nostri* infra apponendus.

(f) De Scriptis à Nostro per id temporis vulgatis inferius habet.

„gymnafii alumnis comite, Burghemium pedes  
 „profugit, moxque impetrato quasi ad Principis  
 „iuffa quædam exsequenda equo, Höchftadium  
 „fe ad Matrem Principis, Lutheri dogmatibus ad-  
 „diſtæ, ſolus contulit, haud dubie ut comteatum  
 „& commendatitias ad Württembergiæ Ducem lit-  
 „teras obtineret, quem etiam directo Stutgardiam  
 „itinere, ut primum licuit, adivit: jam et ipſe  
 „futurus, ſi non animò at certe perſonâ, Luthie-  
 „ranus: jam dogma, quæ prius abhorruerat  
 „confutaratque, inverſo ſermone docturus.“

Quod ſi reſcire, Lector benevole! certas tan-  
 ti caſus cauſas: ſi cognoscere cupis, quibus gra-  
 dibus, minora vitia negligendo, tandem *Reihingus*  
 corruerit: quinam de illo rumores per Ger-  
 maniam ſparſi: quæ *Jacobus Kellerus* Rector Mo-  
 nachii, quæ *Chriſtophorus Grenzingus* Præſes Pro-  
 vincię, quæ *Maximilianus* Baviariæ Dux, item-  
 que Dux Neoburgicus *Wolfgangus*, licet fruſtra,  
 tentaverint, ut eum ad ſaniora conſilia reducerent:  
 ſi hæc cognoscere cupis, conſule ALLEGAMBIUM (g)  
*Annales Academiae Ingolſtadianæ* (h) & præcipue  
*Hiſtoriam Soc. Jeſu, Germaniæ ſuperioris* (i) quæ  
 iſta fuſiffime narrat. Mihi hæc longius perſequi  
 haud libet.

„Egerat Noſter in Societate annos tres & vi-  
 „ginti, menſes tres; Votorum quatuor Profeſſis  
 „merito quondam ſuo adſcriptus; Wolſgango  
 „Principi ſeptimum jam annum à Concionibus;  
 „annorum ætatis duorum ferme & quadraginta.“

Post

(g) In *Biblioth. Script. Soc. Jeſu.*

(h) In *Vol. II. p. 192.*

(i) In *P. IV. p. 256. ſeqq.*

Post defectionem suam *Reihingus* Principis Württembergici, cuius gratiam modis captare omnibus studuerat, auspicio *Præco & Professor Theologiae* in Academia *Tubingana* constitutus, Ecclesiae catholicae publice renunciavit, inque eam calamum acuere non reformidavit. Thoro quoque sibi publice sociavit *Mariam Velseriam*, civem suam, ex qua plures Liberos genuit. Verum nec munia illa, nec connubium *Reihingo* diuturna fuerunt, paucorum post annorum spatio (1628) morte extincto. Pluribus ante obitum diebus perpetuò flevisse ferunt, nec partem ullam solatii seu à Ministris Verbi, seu ab uxore admisisse: imò ex quo à Romana secessit Ecclesia, animi mire perturbati imaginem ipso ore ac vultu præsetulisse; mæroremque mentis gemitibus prodidisse quandoque, affirmat *Historia Societatis Iesu l. c.* adversus Scriptores nonnullos acatholicos, qui eum placide exspirasse monuerunt. Hæc verior Vitæ Fatorumque *Iacobi Reihingi* Historia: ad cuius jam Scripta enumeranda pergo.

Scripta *Nostri*, dum in fide catholica stetit, sequentia inveni:

I. *Theses de Confessione Et Absolutione sacramentali*, de quibus supra in *Vita* mentio incidit 1607.

II. *Theses de duplici Logicae isagoge. Ingolstadii* 1609.

III. *Theses de Motu secundum locum. Ibidem.* 1611.

IV. *Theses de Motu ad quantitatem. Ibidem;* 1611.

V. *Theses de Motu ad qualitatem. Ibidem.*  
1611.

VI. *Theses de Motu ad scientiam. Ibidem (h)*  
1613.

VII. *Muri civitatis sanctæ, h. e. Fundamenta XII. Religionis catholicæ, quibus insists SS. Princeps Neoburgicus, Lutheranismò abdicato, in Ecclesiam pedem intulit. in 4. Colonia. 1615. Idem Opus tanti visum Conrado Vettero S. I. ut Germanice verum publicandum duxerit hoc titulo: Muri Civitatis sanctæ, d. i. Der katholischen Kirchen XII. Grundvesten, durch welche der durchlauchtigste Fürst und Herr Wolfgang Wilhelm Pfalzgraf bey Rhein .. bewegt .. sich zur katholischen apostolischen Kirch begeben, von Ihro Durchlaucht selbst mit kurzen Worten verfaßt und zugleich durch Jacob Reihing S. I. mit umständlicher Ausführung erkläret. in 4. Ingolstadt. 1615. De hoc Opere ita Historia S. I. l. c. „Susceptæ à Principe Religionis „catholicæ rationes et caussas, eruditè disputationibus illustratas, in lucem edidit Reihingus: „cumque eum Librum duo acatholici Doctores, „Balthasar Meisnerus Lutheranus, et Fabricius „Bassecourtius Calvinianus Scriptis publicis impugnassent, defensionem ipse luculentam reposuit sequenti titulo:“*

VIII. *Excubiæ angelicæ civitatis sanctæ: in 4. Neoburgi. 1617.*

VIII. *Katholisches Handbüchlein wider das Evangelische Handbüchlein Matthiæ Hoë. in 4. Neoburg. 1617. iterum 1620. In Nuncupatoria ad Statum*

(h) De his *Thesibus* omnibus testatur *Reihingus* l. c. p. 231. 232. 235.



*tus Palatinatus Neoburgici* data affirmat, se tum Concionibus suis, tum privatis Colloquiis multos ad fidem avitam reduxisse: seque eis hoc Opus ob eam maxime rem dedicasse, quod à nonnullis circa Fidem ipse in consilium adhibitus fuisset. Scribendi autem *Nostro* hæc fuit occasio: Ediderat *Enchiridion evangelicum* *Matthias Hœ* Verbi in *Saxonia* Minister, quo passim (Verba sunt *Historia Soc. Iesu*) tanquam divino Opere, et cui opponi nihil à Catholicis posset, Lutherani gloriabantur. Huius exemplaria *Neoburgum* quoque perlata offendiculo civitati esse cœperant: alia per provinciam sparsa negotio Religionis obstabant. Huic igitur Libro *Enchiridion catholicum* *Reihingus* objecit, jam viva voce de cathedra per menses decem confutato; victasque ostendit adversarii fallacias, quas iniquior fama invictas venditabat.

Minime absolum erit, hœc locò adungere iudicium, quod de memorato mox Opere singillatim, deque *Nostri*, dum in gremio catholicæ Ecclesiæ mansit, doctrina universim tulit *Ioannes Keplerus* Mathematicus summa eruditione famosus. Is cum forte de *Reihingo* mentio incidisset, dicere minime dubitavit: „eum meliorem fuisse „doctorem, Iesuitam antea; quam nunc esset, Lutheranus. *Enchiridii* quidem eius *catholici* magna ex parte tam solidam sibi videri doctrinam, „ut (si referret) illius defensionem non dubitaret „adversus auctorem ipsum suscipere.“ *Christophorus* deinde *Besoldus*, Vir & doctrina & scriptis celeberrimus, de se profiteri non omisit: „audivisse se se forte *Reihingum* de mysterio *Transsubstantiationis* (ut Ecclesia loquitur) tam apposite tamque

„que erudite disputantem, ut cœlestis veluti lucis radio perstrictus rem ita se habere prorsus, ut „*Reihingus* dixisset, liquido perspexerit &c.“

Hæc de Scriptis à *Reihingo*, dum Catholicæ Ecclesiæ adhæsit, editis *Historia Soc. Jesu, German. super. T. IV. p. 256. 263.* addens è contrario de illis, quæ post defectionem vulgavit: „esse tam „exsucca, jejuna, et incondita, ut peritissimi quique A catholicorum, magnam ea crumenam non „magnâ pecuniâ prægnantem, alii nova ficulna, luteum negotium vocarint, rogârintque: *Anne solidi* „si aliquid sciret, qui nihil solidi afferret? Scripsit autem *Reihingus*, ex quo acatholica sacra amplectus fuerat, sequentia:

I. *Laquei pontificii contriti, quibus: . . . Reihingus* adjuvante Domino liberatus liberatori suo publicas gratias voluit in *Academia Tubingensi*. in 4. 1621. Quid de hoc Opere sentiendum sit, disces ex sæpius laudata *Historia S. I. P. IV. p. 261. 262.* Prodiit etiam linguâ vernaculâ *Tubingæ*, anno eodem.

II. *Sermo de Sacrificio Missæ Papistico.* in 4. 1621. *Germanice.*

III. *Dissertatio de vera Christi in terris Ecclesia, adversus larvatum Iesuitam Dillinganum.* in 4. 1622.

IV. *Araneorum Operæ contra Laqueos pontificios contritos suspensæ à Georg. Stengelio (j), Simone Scheittenreifero (m), Laurentio Forero, et tribus Collegiis Iesuiticis: Ingolstadiensi, Friburgensi, Dillingano*

(j) De iis, quæ *Stengelius* contra *Reihingum* scripsit, sat multis, consule *Alphabetum III. meæ Bibliothecæ* p. 194. & 195.

(m) Notior hic est sub nomine *Simonis Felicis, Bibl. August. Alph. X.* O

*lingano: nunc sylb dejeææ*, in 4. *Tubingæ*. 1623. Censuram huius Operis dabit laudata *Historia*, p. 263.

V. *Apologeticus pro Dissertatione sua de Ecclesia Christi*. in 4. 1624.

VI. In 2. *Theil abgetheilte Retraction und Widerlegung seines falsch genannten Catholischen Handbüchleins*. in 8. *Tubingen*. 1626. Quodnam iudicium mereatur hoc Opus, docet mox citata *Historia* p. 263.

Sed de his infaustis partibus longius dicere non attinet, quandoquidem illos egregiè confutarunt tres paulo ante dicti Professores Theologi *Soc. Iesu*; & alii Scriptorum catholici.

#### ROTH (*Hugo*) *Soc. Iesu*.

Prodiit anno 1639. Tractatus *Nostri* posthumus sub titulo: *Via regia &c.* in cuius limine habetur brevis Notitia de Vita *Hugonis* nostri. Hanc Notitiam sequendam sibi duxit ALEGAMBIUS in *Bibliotheca Scriptor. S. I. & Franc. Xav.* KROPFIIUS in *Historia Soc. Ies. Germ. super. T. V.* p. 255. paucis additis. Ego KROPFIIUM sequens, eius Excerptum do.

*Hugo* ROTH *Augustæ Vindellicorum* patritiis natus progenitoribus, ad *Societatem Iesu* pene puer, neque dum Rhetorices imbutus præceptis; accesserat. Supra *Latinas* deinde litteras, *Græcis* etiam, *Hebraicisque* eximie doctus, cum *Poësi* et *Philosophiam* in scholis, adhæc *Theologiam*, quæ de moribus est, *sacrasque Litteras* mira differendi interpretandique facultate, ac multo

lumine sententiarum explicuisset, præcipuis quibusdam Provinciæ regendis *Collegiis*, in his *Ingolstadiensi*, adhibitus est. Tyronum etiam *Soc. Iesu*, juniorumque Sacerdotum probationibus diu admodum præfuit. *Landsbergæ* quidem, ubi Dominus *S. I.* ædificium haud mediocribus augmentis de patrimonio suo ampliavit, sedecim ipsos annos Tyrocinium insigni prudentia, nec disciplina magis Religionis, quam religiosæ, perfectæque vitæ exemplis est moderatus. *Ebersbergæ* vero Junioribus *S. I.* sacerdotio recens initiatis, ad colligendum corroborandumque post studia spiritum, Institutique *S. I.* res omnes penitus pernoscendas dirigendis, annos octo supremos impendit. Eum Socii, ut Provinciæ patrem, omnes venerabantur; etenim pauci erant per Provinciæ domicilia, quos ille seu discipulos Magister in Academia, seu Rector subiectos in Collegiis, seu religiosæ alumnos disciplinæ in palæstris Probationum, non habuisset. Eique nomini sapientia Viri, virtusque, et, quam hæc pariunt, auctoritas respondebat. *SS. Patrum*, in quibus volvendis assidue versabatur, hausisse spiritum, perbibisse doctrinam, sanctimoniam referre videbatur.

Hinc longum foret, virtutes, quæ *Nostro* adfuerunt, dicendo persequi: quas, pro more semel cœpto, silentiò præteriens, ad alia pergo; Scriptaque ab *Hugone* orbi litterato relicta recensere paro. Equidem is præclarè plurima de re ascetica elucubraverat; sed eadem æternis mandata tenebris voluit, uno Libro excepto, in quo *Viam regiam virtutis, & vitæ spiritualis* descriperat: et altero, qui *Commentarium super Exercitia spiritualia S. Ignatii* complectebatur. Quos ambos, quia utili-

tas Operis Scriptoris modestiæ præpollebat, Præsidibus moriens obtulit, ut, quod visum esset (sic enim agebat) de iis facerent. *Commentarius* ille quidem lucem non vidit (a): Librum alterum vero, qui *Viam regiam virtutis* demonstrat, quoniam insigni fore usui tum promiscue Religiosis omnibus, tum vero maxime religiosæ vitæ Magistris, qui Tyronibus informandis aut Iunioribus regendis præsumt, videbatur, litteris publicis mandari placuit. Titulus sequens est:

I. *Via regia virtutis & vita spiritualis omnium Religiosorum Institutis accommodata.* in 8. *Monachii, Formis Cornel. Leysseri.* 1639. Ad scribendum ea maxime ratio adduxit Auctorem; quod existimaret, in tanta multitudine eorum, qui divinitus ad studium perfectionis evocantur, identidem non paucos ab optato absolutæ virtutis culmine, prudentiæ spiritualis defectu, impediri.

Neque istud silentiis prætereundum est, quod *Nathanael SOTVELLUS* in *Biblioth. Script. S. I.* annotavit, scilicet *Nostrum*, dum adhuc vitali hac aura fruebatur, sub alieno nomine edidisse

II. *Defensionem Libri, à Card. BELLARMINO scripti & inscripti: De Gemitu Columbæ.* in 8. *Monachii.* 1631. Quam oculis insurpare mihi nunquam licuit.

Cæterum *Hugo* ad extremum ætatis, senex citra senii vitia, pervenit, non morosus, non que-

(a) Had dubie *Commentarium* istum intelligit *Alegambius*, dum l. c. affirmat: *Nostrum* scripsisse Librum: *Magnus Dei Dona*. Facit, hoc mihi ut persuadeam; quod *Alegambius* nec locum nec annum impressionis, nec typographi nomen addat: et hinc Librum ineditum mansisse innuat.

perquerulus; neque gravis cuiquam aut molestus.  
 O Obiit *Ebersbergæ* in *Bavaria*, die XIII. Calend.  
 MMartii anno M DC XXXVI. Vixit annos LXVI.  
 in *Societate* vero LII. Vota quatuor professus ab  
 anno MDCIV.

SCHELLENBERG (*Ioannes & Lucas*)

Antequam de *Schellenbergis*, ex relictis ingenii monumentis ac litterarum cultura laudem aliquam nactus, tractem; pauca de Gente tota præmittenda censui.

Totius familiæ, inter *Patritias Augustanas* quosdam minime incelebris, progenitorem veteres iuxta ac recentes Geneographi statuunt *Nicolaum Schellenberg I.* anno 1400. Hic

## I.

*Nicolaus I.* ex *N. Dietmanin* (aliis *Diemin*) genuit *Simonem Schellenberg* Vicarium Chori. 1448.  
 [ *Nicolaum Schellenberg II.* cuius uxor *Anna Immlerin* Monacensis. 1446.  
 [ *Matthæum Schellenberg*, cuius conjunx *Anna Weiffin*. 1440. Hic obiit *in ætate*

## II.

*Nicolaus II.* genuit duos filios  
*Nicolaum III.* 1473. qui cælebs è vita discessit, &  
*Ioannem I.* cuius uxor *Dietburgis Ridlerin*. 1473.

## III.

*Ioannes I.* genuit sequentes.  
*Ioannem II.* Uxor *Barbara Ehemin*. 1506.  
*Dietburgem*, uxorem *Ioannis Schöner*. 1507.  
*Lucam.* Uxor *Anna Horwürtin*.

*Magnum*, Canonicum *Brixinae & Frisingae*.

*Helenam*, uxorem *Ioannis Hörwart*. 1512.

*Veronicam*, uxorem *Ioannis Wieland*. 1510.

*Lucas* Gentem propagavit, quæ variis in Republica *Augustana*, iisque honorificis muneribus perfuncta; & per conjugii sacrata foedera clarissimis familiis *Augustanis* sociata, demum ante lustra aliquot in *Hieronymo Fideli*, Gentis postremo, defecit.

Notandum præterea: *Ioannem I.* anno 1493: a Cæsare *Maximiliano* id licentiæ consecutum fuisse, ut armis suis gentilitiis *Galeam coronatam* addere posset: *Ioannem Baptistam & Gabrielem*, filios *Matthæi*, anno 1593. ab Imperatore *Rudolpho II.* Nobilitatis diplomate donatos: *Gabrielem* deinde anno 1628. etiam inter Patritios *Augustanos* à *Ferdinando II.* adlectum fuisse. Plura quisquis cupit, adeat Perillustrem *Paulum à Stetten* in *Histor. der Adelich. Geschlechter Augspurgs*, p. 270. Conferri etiam poterit *Reginbaldus MOEHNERUS* in *Stemmatograph. Auguß. MSS.*

Inter eos autem, qui ex hac familia Scriptis inclaruerunt, nominandi sunt sequentes:

*Ioannes SCHELLENBERG I.* pater: et *Lucas SCHELLENBERG filius*. Pater auctor fuit (a) *Operis genealogici*, cuius titulum integrum mox apponam, ad notitiam *Augustanarum* Familiarum multo utilissimi: quod *Lucas* filius usque in annum 1514. & ex hoc alii, e. g. *M. Bernardus HEUPOLDUS* (b) continuarunt:

Gründ-

(a) Ita testatur *Paul. à Stetten* in *Historie von Augspurg. T. I.* in Notitia prævia de Scriptor. Rev. Auguß. §. II. n. 36.

(b) De hoc egi in *Alphab. III. meæ Biblioth. Auguß.* p. 222.

Gründliche und ordentliche Beschreibung nicht allein der ehrlichen uralten Geschlechtern von Herren allhie zu Augspurg, welche vor 200. und mehr Jahren allda gelebt und gewohnet haben; sondern auch, als sie auf das Jahr 1538. bis auf 8. Geschlecht im Herrn entschlaffen, und ihrenthalben Mangel und Abgang erschienen, mit was Personen dieselbe übergebliebene Geschlechter durch einen ehrsamem Rath daselbst aus der ehrlichen Burgerschaft dazumahl erweitert und gemehrt worden sind, sich gleicher Würden und Ehren zu gebrauchen. Zum andern ein summarischer Extrakt, was sich mit Aufrichtung der Zünften, Bürgertrinckstube allhie, und sonst im H. R. Reich hin und wieder von Jahren zu Jahren in Kriegs- und Friedenszeiten schriftwürdiges verlossen und zugetragen hat. Zum dritten folgt der bemeldten ehrlichen Geschlechter zu Augspurg Hochzeit-Register mit einer besondern Vorrede, welches Jahr sie sich ehelich zusammen verpflichtet und Hochzeit mit einander gehalten haben seither A. 1484. Alles bemeldten ehrlichen Burgern und Geschlechtern der Stadt Augspurg zu besondern Ehren mit Fleiß zusammen gebracht.

Operis huius plura Augustæ circumferuntur  
Apographa, alia aliis auctiora.

Ioannes Baptista SCHELLENBERG filius Ioan. Baptista supra memorati, & Magdalene Rehlingeræ, quos anno 1576. in matrimonium coluisse repperi. Hic anno 1603. Ingolstadii (c) studiis vacavit: & eodem anno teste SOTVELLO in Biblioth. Script. S. I. ad Societatem Iesu nomen dedit ætatis  
anno



anno 17. Partem vitæ maximam in humanioribus litteris docendis & in sacris Confessionibus excipiendis transegit, in utroque munere sedulus & accuratus: *Græcis, Latinisque* litteris bene imbutus. Obiit Vir apprime religiosus catharro opprimente *Eberspergæ*, anno 1645. die 23. Ianuarii, ætatis 59. Ab illo extant:

I. *Seneca christianus*. in 24. *Augustæ*. 1637. Edidit *Noster* nomine *Collegii Augustani*, suo autem suppresso, Libellum hunc, quem ex sententiis *Seneca* congefferat ad mores christianæ perfectionis Instituto aptos formandos. V. *PLACII Theatr. Anonym.* p. 344. & *Alegambium* in *Biblioth. Scripitor. Soc. Iesu*, p. 226. & 449. Recusus fuit *Romæ*. 1648. in 24.

II. *Vita & Res gestæ S. Norberti, Archiepiscopi Magdeburgensis, sacrae Canonorum Præmonstratensium familiae Conditoris*. in 8. *Augustæ*. 1641. quam dedicavit *Vitali Præposito ad S. Crucem Augustæ*.

*Henricus SCHELLENBERG* Frater præcedentis, annis maior, haud dubie is idem, quem *Annales Academ. Ingolstadt.* ad annum 1578. inter *Inscriptos* nominat, postea *Societati Iesu* sese addidit. Docuit inter alia *Augustæ* publice *Theologiam moralem*, vulgavitque sequentes *Disputationes*:

I. *Lavacrum Regenerationis, seu Baptismus fluminis*. in 4. *Augustæ*. 1625.

II. *Signaculum spirituale, seu Confirmationis Sacramentum*. in 4. *Augustæ*. 1626.

*Hieronymus* SCHELLENBERG ab *Hainberg* (d) *Patritius Augustanus*, scripsit *Opusculum* tripartitum h. t.

*Mater dolorosa*, i. e. *Dolores & Amaritudines*, quas in *singulis Vitæ Christi articulis Virgo & Mater eius Maria perpetiebatur*. Dicavit pater anno 1663. mox memorato *Vitali Præposito*: edidit autem filius

*Gundisalvus* SCHELLENBERG, *Alumnus Ordinis S. Dominici*, *Prædicator* (ut vocant) *generalis*: inferuitque *Operi*, proprio à se *Marte* conscripto h. t.

*Lapides quinque Davidici*, oder *Sonn- und Festtägliche Predigen*, in 4. *Augspurg*. 1717. Has *Concionas* dicavit *Gundisalvus Augustino Im-Hofio Præposito* ad *S. Crucem Augustæ*.

(d) Est *Prædium* ad *annem Schmitteram* situm.

### SPRENG (*Ioannes*) *Poeta*.

*Augustæ* anno 1524. natus, optimis studiis *Wittebergæ* vacavit, ubi etiam *magistrali Laurea* decoratus est. In patriam redux *græcam latinamque* linguam in ludo *San-Annæano* docuit. Hinc eum *Phil. Iac. CROPHIUS* (a) ad annum 1555. inter illius loci *didascalos* memorat: et quamvis *Ioannem Streng* appellet, hoc tamen solo typi errore fecit.

*Augustæ Heidelbergam* translatus, in tradendis mox dictis linguis iterum versatus est. Per istud temporis spatium accidit, anno nimirum 1561.

ut,

(a) In *Historia vernacula eiusdem Ludi*. p. 99.

*Bibl. August. Alph. X.*

P

ut, unâ cum aliis Professoribus *Heidelbergensibus*, Martino CRUSIO, obitu *Sibyllæ* uxoris desolato, solatium Carmine latino afferret; de quo vide CRUSII *Germano-Græciam*, p. 135.

Cum vero *Iurisprudentiæ* quoque haud proletariam operam impendisset, patrios revisens Lares, *Notarii publici* munus, idque multa cum laude gessit. Quo tempore ad traducendos tum *Græcos* tum *Latinos* Scriptores aggressus, ex *Poesi* præcipue *Teutonica* magnam sibi famam inter ætatis suæ Poetas collegit. Obiit anno 1601. die 30. Martii celeri morte raptus, anno ætatis 77.

In distorum confirmationem addere juvat *Carmen Germanicum*, quod *Christophorus Weicn-mair*, *Notarius Augustanus* immatriculatus, in honorem Sodalitatis sui composuit, eiusque *Effigiei* (b) subscripsit:

*Magister Iohann Spreng geehrt,  
In freyen Künsten wohl gelehrt,  
Hett nebenstehende Gestalt;  
Als er durch Gottes Gnad war alt  
Siebenzig und vier Iahr mit Wunder:  
Hernach thet er noch mehr besunder  
Drey ganzer Iahr mit stiller Ruh  
In seinem Leben bringen zu.  
Als man sechszehen hundert Iahr,  
Und eines darzu zehlen war,  
Am dreyßigsten Tag also  
Im rauchen Monath Martio  
Abfordert ihm der ewig Gott  
Aus der Welt durch einen schnellen Tod.  
Der Leib ligt in der Erd begraben,*

*Sein*

(b) V. HOMERII *Iliadem* & *Nestore* versibus germanicis redditam,

Sein Seel in Freuden ist erhaben.  
 Dieser Mann hat in seiner Jugend  
 Betrachtet nach Künsten und Tugend,  
 Wie er dann durch sein fleißig Studieren  
 Zu Wittenberg thet Magistrieren.  
 Folgend zu Augsburg in der Stadt,  
 In seinem Vaterland er hat  
 Die Griechisch und Lateinisch Sprach,  
 Wie auch zu Heidelberg hernach  
 Der hohen Schul gelert mit Fleis;  
 Deshalb ihm menniglich gab Preis,  
 Bis das er endlich widerumen  
 Zu Augsburg erst zu Haus ist kommen;  
 Da er in seinem Amt verpflichtet  
 Vill Instrument hat ausgericht  
 Die noch in ganz Europa weit  
 Bliben berühmt zu aller Zeit,  
 Immitelst seines Amts bedacht  
 Hat er die übrig Zeit zubracht  
 Mit Bücher teutsch zu transferiern  
 Dadurch sein Vaterland zu zieren.  
 Marcellus Pallingenius  
 Redt herrlich teutsch und gibt Zeugnis;  
 Die Verwandlungen der Gestalten  
 Ovidii sein Lob erhalten:  
 Homerus und Maro mit Nahmen  
 Erheben auch sein Lob beredsamen  
 Lieblich in unser Mutterzungen  
 Mit teutschen Reimen ungezwungen:  
 Erasmi Sprichwörter darneben  
 Ihm ewig Lob und Preis thuen geben:  
 Basilius teutsch redet klürlich  
 Durch sein Fleis und Arbeit beschwürlich:  
 Iosephi Bücher hochgeacht

Hat er gar zierlich teutsch gemacht  
 Aus des griechischen Textus Prob,  
 Dadurch ihm bleibt ewiges Lob.  
 Noch hat er über das auch sunst  
 Zu des Meystergefanges Kunt  
 In teutscher Sprach gros Lieb getragen;  
 Darumb ihm alle Lob nachsagen,  
 Welliche damit sein behafft,  
 Und verstehen recht ihr Eygenschaft:  
 Wie dann thut nemmen wunderfrey  
 All diejenigen dabey  
 Seiner vilfaltigen Gedicht,  
 In Meyster Thönen zugericht,  
 Künstlich an Reimen, Mas und Zal;  
 Dergleich man nicht find überall  
 In ganzer teutscher Nation.  
 Daher ihm recht gebührt die Cron.

Opera Nostri hinc, inde inveni, quæ sequuntur:

I. OVIDII *Metamorphoseos Libri XV.* per Ioannem Sprengium editæ. 1563. in 12. cum figuris. Ita habet *Catalogus Biblioth. Bünavian. T. I. p. 319.* ubi additur: *Ob deficientem Tituli paginam locus impressiois addi nequit; annus 1563. expressus est post Dedicacionem*

II. *Homeri ILIAS*, Germanicis Versibus redita in folio. *Augsburg.* 1610.

III. VIRGILII *Aeneis*, Teutonico Carmine expressa. in fol. *Augsburg.* 1610. Dicavit *Elias Wil-lerus*, Bibliopola Augustanus, *Carolo Fillingero Baroni in Schænenberg &c.* Quid de hac Versione sentias, doceris, Lector! à *Ioanne Christophoro SCHWARZIO* in *Æncide Virgilii*, ab ipso ligata  
 ora-

oratione anno 1761. *Ratisbonæ*. in 8. vulgata, in *Præfatione*.

IV. OVIDII *Metamorphoses*. Germanice.

V. *Basilii*. Teutonice.

VI. *Iosephus Iudæus*. Allemanice.

VII. ERASMI *Roterodami Proverbia*. Germanice.

VIII. *Marcelli PALINGENII Zodiacus Vita*,  
rythmis Germanicis expressus. in 8. *Laugingen*.  
1599.

Non solum autem *Teutonice*, sed etiam *Latina* Poeseos peritissimus extitit *Nostr*. Hinc in *Deliciis Poetarum Germanicorum (c) P. VI. p. 304. Francofurti*. 1612. repperire est eius

X. *Carmina quædam latina*.

Consuli de *Nostr* poterunt KOENIGII *Biblioth. vet. & nov. Liber: Critische Beyträge zur deutschen Sprache. T. I. III. Liber: Merckwürdigkeiten der Dresdenschen Bibliothek. T. II.*

(c) Male ibi vocatur *Io. Spengius*.

### VISCHACH (*Ioannes de*)

*Abbas San-Udalricanus.*

Genere nobilis, Ordinem *S. Benedicti* amplexus mediò ferme sæculò XIV. in *Augustano, SS. Udalrici & Afræ*, cænobio claruit: ad cuius gubernacula, post obitum Abbatis *Conradi Winckleri*, regenda anno 1355. concordibus votis evectus fuit. Monasterium quibûsdam redditibûs auxit, munificos benefactores, fratres suos germanos, nactus: quorum alter *Rudolphus*, assumpto monastico habitu, opimam hæreditatem cænobio contulit: alter *Albertus*, in sæculo remanens, plura bona eidem asceterio dono dedit, quæ enumerare non

omisit *Khamnius* in *Hierarch. Auguß. P. III. Regul.*, p. 63. Hinc corriges *Sigismundum Maysterlium* in *Chronico suo Augußano (a)*, de *Nostro* in hæc verba scribentem: *Neutralis in regimine, sicut statum loci invenerat, sic reliquit.* Quem errorem etſi in *Chronographia ſua Augußensium MSSa.* repetat idem, minimè tamen audiendus eſt.

Præfuit teſte *Casp. Bruſchio (b)* Noſter (non genere tantum & Majorum imaginibus, ſed et propria virtute ac probitate conſpicuus) ita, ut à nemiſe reprehendi poſſit. Quod ipſum *Khamnius l. c.* confirmat addens: *eum morum honeſtate & regendi dexteritate excelluiſſe.*

Fuit *Mufices & Orthographiæ* (melius *Calligraphiæ*) peritiſſimus; unde eum *Gaffarus* in *Annalib. Augßburgensibus (c)* diligentiffimum *Librarium*, & *Muficum excimium* vocat. *Calligraphiæ* ſuæ ſpecimina reliquit *Antiphonarium*: duo grandia *Gradualia*: aliâque à ſe ante adeptam dignitatem abbatialem ſcite exarata. Dictorum *Gradualium* uni ſequentes *Verſus leoninos*, rudiorum adhuc temporum illorum *Muſam* redolentes, teſtante *Wilhelmo Wittwero (d)* ſubſcripſit:

*Martyr laudanda: Flos, Afra! Dei veneranda  
Præſule cum claro, cum Præſule (nomine charo  
Præ-*

(a) Habes iſtud inter *Piſtorii Script. Rer. Germ. T. III.* p. 676.

(b) In *Monafteriologia.*

(c) Hos vide inter *Monchenii Script. Rer. Brunſvic. T. I.* p. 1496.

(d) In *Catalog. Abbat. Monaſt. San - Udalric. MSSa.* pag. 118. Confer *P. Placidi Braun Notit. hiſtor. litterariam de Codicibus MSS. Bibliotheca San - Udalric. Vol. III. p. 14.*

*Prorsus) Udalrico, Regis cœlestis Amico,  
Tu nq̄ subsannes, quod ego tibi trado Ioannes  
De Vischach natus, cognomine sic vocitatus  
Librum præsentem, Gradale, multo placentem.  
Conscripsi tale Ioannes Vischach Gradale*

Scriptit præterea *Tractatum de Immunitate Ec-  
clesiastica*, quem laudat *Guilielmus Eisengrein* in  
*Catalogo Testium Veritatis*, p. 142. b. verbis se-  
quentibus: *Ioannes nobilis Eques de Vischbach...  
Philosophus, Orator, atque Poeta celebris, Musicus  
absolutissimus, Theologus divinarum Scripturarum  
consummatissimus de Immunitate Ecclesiæ Volumen  
scripsit.* Ab his minime abludunt, quæ mox à  
me laudatus *P. Placidus Braun* l. c. monet: *Scri-  
psit Ioannes plura, quæ Auctoris ætate adhuc Biblio-  
thecam nostram decorarunt; ast nunc deperdita meri-  
tò deplorantur.*

Inter vivos esse desiit *Ioannes* anno 1366. ad  
diem 15. Ianuarii fato sublatus, terræque man-  
datus in peristyllo.

Ignoravit *Nostrum* penitus *Io. Alb. FABRICIUS*  
in *Biblioth. m. & i. Latinit.* quam ex dictis sup-  
plere poteris.

### WELLINGI (*Udalricus & Conradus*)

Fratres, ambo Monachi ad *SS. Udalricum &  
Afram, Augusta*, floruerunt sæculo XIV. ineunte,  
laudati à *Vossio* (a) *Fabricio* (b) *Caveo* (c) *Ziegel-  
bauero* (d). Ab eis habetur

Con-

(a) In *Libro de Historic. Latin.*

(b) In *Biblioth. med. & inf. Latinit.*

(c) In *Appendice ad Histor. litterar.*

(d) In *Histor. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p. 432.*



*Continuatio Historiæ Henrici Steronis, (Monachi Altachæ inferioris) de Rebus gestis Rudolphî Habsburgici, Adolphî Nassovii, & Alberti Austriaci Imperatorum.*

*Ista Continuatio, ab anno 1300. quò Stero desinit, usque ad annum 1333. excurrrens, invenitur in Marg. Freheri Script. Rer. Germanic. Editionis Struviana, Tom. I. p. 581.*



